



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**









Th. 220.














IN  
GENESIN  
ENARRATIO, TRADI-  
TA, VT AD LECTIIONEM  
Textus Bibliorum auditores  
inuitarentur,

A  
DAVIDE CHYTRÆO.



VITEBERGÆ.  
EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO.  
ANNO M.D.LXI.







ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO, D. IOHANNI ALBERTO, Duci Megapolensi, Principi Gentis Henetæ, Comiti Suerini, Domino Rostochij & Stargardię etc.

Domino suo clementissimo.



EXTAT IN GENESIN Enarratio Reuerendi uiri D. Martini Lutheri, quam postremo suæ uitæ decennio, in Academia Vitebergensi, uelut Cygnæam cantionem, omnibus numeris absolutissimam, edidit. In qua diuinus ille Interpres, nostro tempore ad instaurationem ueræ de Deo doctrinæ excitatus, præter amplissimum sanctæ eruditionis & sapientiæ spiritalis thesaurum, uberrimam orationis copiam & exactam omnium locorum & quæstionum intricatarum explicationem: adhibuit etiam, & penitus orationi suę inleuit mirificã d. q. v. m. t. a.

A 2 &



EPISTOLA

& uim permouendi animos lectorum,  
& ad ueram pietatem, timorem Dei,  
Fidem & cæteras uirtutes inflamman-  
di.

Nam quod Eupolis de Pericle scripsit,

παθῶν ἐπεκράθητο αὐτῷ χεῖλεσιν  
οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων  
τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροαμένοις.

Id multo rectius de hoc nostro Orato-  
re, diuino instinctu & adflatu explica-  
tiones Oraculorum cœlestium funden-  
te, usurpabimus, Non modo in uiua  
ipsius uoce, ac labris dicentis, flexani-  
mam Suadæ medullam, ut Ennius lo-  
quitur, sedisse: Verum etiam scriptis  
sacratam ipsius eloquentiam, in pectora  
& mentes hominum penetrare, & acu-  
leos ueræ pietatis ac uirtutis in lecto-  
rum animis relinquere.

Quod si in omni genere doctrina-  
rum, optima quæq; scripta sibi ad dis-  
cendum & imitandum singuli pro-  
ponere debent: adhortandi certe sunt  
omnes pii, ut hanc Lutheri cantionem  
Cygnæ



# DEDICATORIA.

Cygnæam attente & diligenter legant  
& sibi familiarem reddant præ cæte-  
ris aliorum quorundam Authorum  
scriptis, eruditis quidem ac copiosis,  
sed tamen quod ad sapientiæ cœlestis  
& rerum grauiſſimarum maiestatem,  
& uim permouendi ac ad pios & spi-  
rituales motus incendendi animos le-  
ctorum attinet; tantum cedentibus Lu-  
theri scripto, quantum cæteræ Stellæ,  
φωσφόρος seu solis potius lumine & splen-  
dore superantur.

In hac cogitatione cum adsiduè uer-  
ser, non mediocri sollicitudine urgeor,  
considerans, in quas reprehensiones  
memet conijciam, dum Celsitudinis  
Tuæ clementissimæ petitioni & man-  
dato reuerenter, ut decet, morem ge-  
rens, hanc tenuem & puerilem enar-  
rationem, quam in Celsi T. Academia  
Auditoribus proposui, sino in lucem  
proferri.

Et si autem Celsi Tuæ sapientiæ & au-  
thoritate tueri me non inhoneste pos-  
sum,

A 3



# EPISTOLA

sum, tamen paulo altius causas repetam susceptæ, in Celsi T. Schola, huius quanquam puerilis librorum diuinorum explicationis.

Certum est ueram agnitionem & inuocationem Dei & Filij ipsius domini nostri Iesu Christi ad omnes Homines & ad omnes ætates pertinere. Ideo enim, ut in ipso uestibulo libri Genesios scriptum est, condidit Deus Homines ad imaginem suam, ut ipsum agnoscant, & iuxta noticias mentibus insistas, & uerbum expressa uoce Dei traditum, celebrent.

Nec senibus tantum & prudentia ac eruditione præstantibus proposuit Deus seuerissima mandata de studijs doctrinæ à se reuelatæ: Sed teneram & puerilem etiam ætatem uult imbui uera pietate et agnitione Dei, & ad librorum sacrorum lectionem adsuescieri. Præcipit parentibus, non modo ut ipsi uerbum Dei adsiduè legant, cogitent, repetant, Sed etiam ut ACVANT  
illud



DEDICATORIA.

illud filijs, hoc est, non negligenter & tectum squalore tradant, sed limatum et illustratum assidue & diligenter proponant, inculcent, seuerè à pueris diligentiā discendi exigant, & dictata resposcant. Et Paulus inquit, A puero sacras literas noueris, quæ te possunt erudire ad salutem per fidem in Christo Iesu.

Nec tantum assiduam & intentam lectionem literarum sacrarum adolescentibus commendat, uerum etiam ὑποτίποσις ὑγιαίνοντων λόγων, hoc est, certam formam ueræ doctrinæ, certa Methodo comprehensam, iubet in discendo & docendo teneri.

Ita Paulus, ut excellens Artifex, optimam & compendiosissimam instituenti studij Theologici uiam & rationem demonstrat. Omnibus enim, qui doctrinam à Deo traditam, discere cupiunt, & fructum inde ad suam & aliorum pietatem ac eruditionem alendam comparare student, hæc D V O, omni

A 4 cura



## EPISTOLA

cura & contentione, initio suscipienda sunt, ut et TEXTVM librorum, quos Deus Ecclesiæ commendauit, familiariter sibi notum reddant, & ὑποτύπωσις seu Methodum doctrinæ cœlestis, constantem certis locis, rite inter se, uelut membris in corpore, coagmentatis, animo complectantur, ad quam omnes sacræ scripturæ sententiæ & historias, omnes disputationes & scripta Theologica dextrè & aptè possint referre.

Vult Deus doctrinam de sua essentia & uoluntate, & de æterna salute nostra hauriri ex uerbo per Prophetas & Apostolos tradito, tanquam ex primo & limpidissimo fonte, non ex impuris & cæno conspurcatis riuulis aliò deductis. Et per lectionem et meditationem Textus seu fontium uerbi diuini immediatè efficax est Deus per Spiritum sanctum, & lucem ueræ agnitionis suæ, ueræ inuocationis, fidei, iusticiæ & uitæ æternæ initia in pectoribus legentium accendit. Hanc grauissimam esse cau-  
sam



DEDICATORIA.

sam legendi Textus, omnes sani intelligunt. Et sapientissimi quique Theologi, hanc esse optimam & expeditissimam ad ueram Theologiæ cognitionem perueniendi uiam confirmant.

Non dubito omnibus Theologis, quorum scripta extant, pietate, sapientia, eruditione & plurimis Spiritus sancti donis parem aut superiorem fuisse regem DAVIDEM. Quoties uero hic artifex in unico tantum Psalmo 118. præceptum de lectione & meditatione Textus uerbi diuini repetit. Et Paulus hac uoce ATTENDE LECTIONI, non à Timotheo tantum, sed etiam ab omnibus studiosis doctrinæ cœlestis, assiduam & diligentem Textus lectionem flagitat.

Mihi quoque cum primum Vitebergam uenissem, D. Philippus, quem singulari Dei beneficio, domesticum meæ uitæ & studiorum gubernatorem habebam, seuerissimè præcipiebat, ut quotidie, mane & uesperī aliquid temporis,

A 5 legem



## EPISTOLA

legendo ordine Textui Bibliorum tribuerem, & LOCOS THEOLOGICOS assidue & diligenter lectos mente complecti studerem, omnibus alijs libris tantisper relictis, donec integrum doctrinæ Christianæ corpus, quod in omnibus materijs & disputationibus iudicij norma esset, animo infixissem. Atque hanc assiduitatem unicæ lectionis Bibliorum & Locorum, adeo seuerè à me flagitabat, ut cum alium forte libellum, illis diebus ab ipso editum, in manibus haberem, aspere me adpellaret, An non præcepi, dicens, ut non multa, sed Locos Theologicos multum legeres.

Hæc de initijs studij doctrinæ celestis, à me suscepti, quanquam tenuiora fortassis sunt, quàm ut apud Cels. Tuam eorum commemoratione uti conueniat; tamen ideo candidè & benignè lectoribus impertio, ut cum mihi illud consilium expertus sim plurimum profuisse; alios quoque adolescentes in studium



DEDICATORIA.

dium Theologicum sine certo ordine  
fortassis ingressos, iuuarem.

Ego quidem & tunc temporis illud  
consilium sequi studens, priusquam ad  
aliorum librorum & ad Patrum lectio-  
nem accederem, etsi in alijs artium ge-  
neribus unà exercebar, tamen quod ad  
doctrinæ Theologicæ cognitionē per-  
tinebat, soli fere Textus Bibliorum le-  
ctioni (à qua singuli in omni uita quo-  
tidie studiorum labores ordiri debe-  
mus) & Methodo singulorum doctri-  
næ Christianæ locorum animo com-  
plectendæ, aliquandiu incumbēbam.

Et posteaquam Celsitudo Tua, mu-  
nus proponendī in hac Academia uere  
de Deo doctrinæ initia, mihi commen-  
dauit, sedulo conatus sum Auditores  
quoq; ad eandem discendi rationem,  
uidelicet ad assiduam lectionem textus  
sacrorum librorum, & ad summam to-  
tius doctrinæ certa Methodo compre-  
hensæ percipiendam, inuitare, Ac, ut in  
Epistola Pauli ad Timotheum scribi-  
tur,



# EPISTOLA

tur, Quæ audiui à meis præceptoribus per multos testes, ea, tradere studui fidelibus hominibus, qui idonei erunt, ut alios doceant.

Itaq; & Locos doctrinæ Theologiæ summam continentes assiduè repetiui, & Textum aliquot librorum Veteris & Noui Testamenti ita enarraui, ut in singulis capitibus præcipuas partes, Historias, & dicta, ad illos Locos, qui doctrinæ Christianæ corpus constituunt, referrem, & phrasas ac sententias obscuriores, ex collatione Textuum, et fontibus linguarum, et artium dicendi, interpretarer. Nec dubito hanc breuem & Methodicam rationem enarrandi scripta diuina, studiosis adolescentibus fructuosam esse, Quorum pauci longiora scripta habent, ac si habent & legunt, tamen utile est breues & Dialecticas commonefactiones, quæ nervos & summas rerum continent, adhibere ad illa Oratoria scripta, quæ non modo de rebus necessarijs rudiores docent, Sed



DEDICATORIA.

Sed omni vi & copia dicendi animos  
lectorum ad pios adfectus excitant &  
inflammant.

Hæc præfatus sum, ut rationem mei  
studij & consilij in suscipienda hac pue-  
rili explicatione Librorum, quos Deus  
Ecclesiæ tradidit, candidis lectoribus  
ostenderem. Cum, n. partem aliquam  
muneris docendi ueram & DEO do-  
ctrinam, in hac Academia sustineam:  
res cogit interdum commonefactiones  
aliquas de locis doctrinæ, de phrasibus,  
de corruptelis ueræ interpretationis,  
Textui adiungere.

Quod autem hanc enarrationem in  
Genesin, Celsitudini Tuæ dedicaui, ho-  
nestæ & graues causæ sunt, Primum, ut  
publicè Deo gratias agam, quod ali-  
quos Principes ingenijs & uirtute præ-  
stantes, ad amorem Ecclesiæ & studio-  
rum piæ doctrinæ flectit: eumq; orem,  
ut Cels: Tuam seruet & regat, ut multa  
Deo grata & Ecclesiæ ac patriæ saluta-  
ria, in tua gubernatione, facias.

Celestis



# EPISTOLA

Celebrabit Ecclesia Dei ad omnem posteritatem, mirificum Cels. T. studium in illustranda Dei gloria, in piē constituendis Ecclesijs ac Scholis, in excitandis ac fouendis omnium disciplinarum studijs, ac præcipuē quod ad instaurationem huius Academiæ Rostochiensis, Cels. T. omne suum studium & auctoritatem contulit, eiq; redditus annuos, aureorum termille & quingentorum, assignauit & tradidit,

Hanc insignem Cel. T. munificentiam, grata mente omnes pī toto hoc orbe, & tota posteritas prædicabunt, & Cels. Tuam summis illis Heroibus, qui sua liberalitate & sapientia doctrinæ coelestis & omnium artium studia excitarunt & fouerunt, Theodosio, Carolo Magno, Friderico, Ptolemæo, Philadelpho, Cyro, Alexandro Magno &c, annumerabunt. Volui igitur meæ etiam mentis gratæ testimonium erga hoc tam illustre Cels. T. beneficium publicè extare,

Dein



# DEDICATORIA.

Deinde, cum Cels. Tua, pro Heroica bonitate & clementia sua, aliquoties à me petiuerit, ut prælectiones in Genesin, ad se mitterem, reuerenter obtemperandum esse duxi. Presertim cum ad curam bonorum principum inprimis pertineat, ut considerent, Quod Genus doctrinae de Deo, in Ecclesijs suarum regionum propagetur, & qualis docendae & instituendae iuventutis ratio in scholis usitata sit, ut in hoc Genesis libro, sanctissimus princeps Ioseph, ad gubernationem Regni Aegyptiaci euectus, non modò rectè constituit Ecclesias & Scholas, sed etiam ipse doctoris officio functus est, & singulas Ecclesias & politias sui imperij, ipse circuiuit & uisitauit.

Postremò cum debita subiectione & reuerentia cupio Cels. Tuae significationem aliquam meae gratitudinis, non modo pro publicis in Ecclesiam Dei & literarum studia beneficijs, uerum etiam pro singulari clementia & liberalitate

ralitas



EPIST: DEDICAT:

ralitate, qua me priuatim Cels. Tua benignissimè complexa est, exigui libelli inscriptione declarare.

Deum æternum Patrem domini nostri Iesu Christi, custodem Principum sanctorum, ardentibus uotis precor, ut Cels. Tuam seruet incolumem & florentem, ut gloria Dei & uera de Deo doctrina in Ecclesijs & Scholis harum regionum latius propagetur, & honesta ciuium disciplina, leges, pax publica, & literarum studia diligenter & benignè foueantur. Rostochij, Die Natali filij Dei inchoante annum 1558. Qui est à prima Creatione mundi, quam Moyses initio Genesis describit, annus 5520.

Illustris, Cels. T.

Reuerenter

colens

DAVID CHYTRAEVS.



# CHRONOLOGIA HISTORIÆ GENESIS SEV PRIMI LIBRI MOSIS.

*Deus condidit Mundum & Ecclesi-  
am Angelorum ac hominum. Genes. I.*

*Anno ante natum Chri-*

*stum 3962.*

ANNO  
Mundi.

0	ADAM creatus. Vixit 930. annos, usq; ad 56. an- num Lamechi patris Nohæ. Obijt anno 126. ante natum Noha.
130	Natus SETH, uixit annos 912. Obijt anno mundi
105	1042. Post mortem Adæ 112. Ante natum No- ha 14.
235	Natus ENOS, uixit 905. Obijt anno Mundi 1140.
90	Vixit cum Noha annos 84.
325	Cainan, Vixit 910. Obijt anno Mundi. 1235.
70	
195	Mahalaleel, uixit 895. Obijt anno 366 ante Dila-
65	uium, Anno uitæ Nohæ 234.
460	Iared, uixit 962. Obijt anno Mundi 1422. Vixit cum
162	Noha 366 annos.
622	ENOCH nascitur.
65	
687	MATHVSALEM uixit annos 569. Obijt ipso
187	anno DILVVII.

E. L.A.



A condito

CHRONOLOGIA

mundo.

874

LAMECH pater NOHÆ, uixit 777. Obijt  
quinguennio ante DILVVIVM.

930

ADAM moritur anno 56 vite Lamech.

989

ENOCH uiuens in cœlum translatus est, anno 57  
post mortem ADÆ, cum ceteri Patres omnes  
adhuc superstites, & fortè etiam translationis  
ENOCH spectatores essent.

1056

NOHA nascitur, anno 182 patris LAMECH,  
anno post mortem ADÆ primi hominis 126.  
post mortem SETH 14. Vixit annos 950.  
(Genes. 9.) usq; ad 58 annum etatis ABRAHÆ.  
Vixit ergo cum ENOS 84 annis. Cum CAINAN  
379. Cum IARED 366. Cum MATHVSALEM  
600. Cum LAMECH 595. Cum filio SEM 448.  
Cum omnibus Patribus post Diluuium, usq; ad  
58 annum etatis ABRAHÆ.

1558

SEM filius NOHÆ nascitur anno 98 ante Dilu-  
uium, (Genes. 11.) Vixit cum Patre NOHA 418.  
Cum omnibus suis nepotibus & patribus post  
Diluuium. Cum ABRAHAM quo ad uixit: Cum  
ISAAC 110. Cum IACOB 50 annos. Obijt an-  
no Mundi 2158. Anno post mortem ABRA-  
HÆ 35.

1656

DILVVIVM totam terram obruit anno 600 uite  
NOHÆ. (Genes. 7. 8.)

1658

Arphaxad natus ex SEM, (Gen. 11.) Vixit annos  
438. Vixit cum auo NOHA 348 annos. Cum filio  
SALE 403. Cum nepote HEBER 373. Cum PHA-  
LEG,



A condito  
mundo.

# HISTORIÆ GENESIS.

LEG, REV, SARVCH, THARE, toto tempore  
ipforum, usq; ad annum ætatis ABRAHÆ 148.  
ISAACI 48. Obijt anno post natum ISAAC 48,  
ante natum IACOB 12.

1693 Sale nascitur. Vixit 433 annos, post mortem ABRA  
HÆ 3 annos. Cum ISAAC 78 annos. Cum IACOB 18.

1723 HEBER, à quo Hebræi dicti sunt, omnium patrum  
post Diluuium diutissime uixit, uidelicet annos  
464. Vixit post mortem Abrahæ 64 annos. Cum  
Isaac 110. Cum Iacob 80. Obijt anno mundi 2187.  
Post mortem Sem 28.

1757 Phaleg uixit annos 239. Obijt anno Abrahæ 48.

1787 Reu uixit 239 annos, usq; ad 78 Abrahæ,

1819 Saruch uixit 230 annos usq; ad 101 annum Abrahæ.

1849 Nachor uixit 148 usq; ad 49 Abrahæ.

1878 Thare pater Abrahæ, uixit annos 205. Cum Abrahæ  
ham 135. Cum Isaac 35.

ANNO

1948 ætatis ABRAHAM NASCITVR.

ABRA:

2000 52 Bis mille anni à condito Mūdo com-  
pleti sunt, anno 52 ætatis Abrahæ.

2006 58 NOHA obijt anno 58 Abrahæ, annis 17 an-  
te exitum Abrahæ ex Haran.

2023 72 ABRAHAM ex HARAN Mesopota-  
mie uocatur in Palestinam: & pri-  
mum accipit promissionem de SEMI-

B 2 NE



A cōdi. An: eta.  
mundi. Abra:

# CHRONOLOGIA

NE CHRISTO, in quo omnes Gentes benedicendæ sint. (Genes. 12.) Ab hac promissione usq; ad promulgatam LEGEM in monte SINAI, numerat Paulus annos 430. (Gal. 3.) Hic numerus fundamentum est sequentis computationis.

2030 32 Circa hoc tempus ABRAHAM profligatis 4. regibus, liberauit Sodomam, & à Melchisedek Sacerdote altissimi benedictionem accepit.

2034 36 HISMAEL nascitur ex Agar. (Gen. 16.)

2047 99 CIRCVM CISIO instituta est. (Genes. 17.) Anno post mortem Nohe 41. Post traditam promissionem de Semine anno 24. Eodem anno conuiuæ Abraham fuerunt 3 uiri in Hebron. (Genes. 18.) Et deleta sunt Sodoma. (Genes. 19.) anno post Diluuium 391.

2048 100 ISAAC nascitur ex Sara. (Genes. 21.) Vixit annos 180. Vixit cum Sem, filio Nohe 100 annos. Cum patre suo Abraham 75. Cum filio Iacob 120. Obijt decennio ante descensum Iacob in Ægyptum.

2063 115 Circa hoc tempus existimant aliqui oblatum esse ISAAC. (Genes. 22.)

Obijt



HIST: GEN:			
Anno mundi.	An: etat: Abra:	Ætatis Isaac.	
2083	135	35	Obijt THARE pater ABRAHAM. (Gen. 11.)
2085	137	37	Obijt SARA uxor ABRAHÆ. (Genes. 23.)
2088	140	40	ISAAC duxit uxorem REBECCAM. (Genes. 24.)
2108	160	60	IACOB & ESAV nascuntur ex Rebecca. (Genes. 25.) anno 50 ante mortem Sem.
2123	175	75	Obijt ABRAHAM. (Gen. 25.) anno 35 ante SEM filium NOHÆ.
2126	ISAAC anno		Obijt SALE, nepos SEM, annis 32 ante auum.
2159	110		Obijt SEM filius NOHÆ, anno 50 etatis Iacob, anno 80 ante descensum Iacob in Ægyptum.
2171	123	Anno etatis	Obijt HISMAEL filius ABRAHAM.
2185	137	IACOB	IACOB uidet Scalam & Angelos ascendentes & descendentes. Genes. 28.
2187	139	7	Obijt HEBER pronepos SEM. Genes. 11.
2192	144	84	IACOB duxit uxores RACHEL & LIAM, ex quibus procreat duodecim filios & unam filiam. (Gen. 29. 30.)
2199	151	91	IOSEPH nascitur, quod patet ex B 3 numeris



Anno Mūdi.	Ætatis Isaac.	Ætatis Iacob.
---------------	------------------	------------------

# CHRONOLOGIA

numeris annorum ætatis IACOB  
& IOSEPH, qui extant Genes.  
47. 41. 45.

2205	157	97
------	-----	----

IACOB ex Mesopotamia redit in  
terram Canaan (Genes. 31.) In ea  
profectione luctatur cū filio Dei,  
quem uidit facie ad faciem, hoc  
est, in ea ipsa Idea seu similitudine  
naturæ humanæ, quam postea as-  
sumpturus erat, Et VICTOR no-  
minatur ISRAEL. Gen. 32. Po-  
stea reconciliatur fratri Esau. Ge-  
nes. 33. Et transacto Iordane habitat  
prope Sichem, ubi filia ipsius Di-  
na stupratur, Gen. 33. 34. Et eodem  
existimatur natus esse BENIA-  
MIN, & mortua RACHEL,  
prope Bethlehem, Gen. 35. Et in  
eadem profectione peruenit ad  
patrem Isaac in HEBRON, cu-  
ius consuetudine dulcissima frui-  
tur annos 23.

2208	160	100
------	-----	-----

Circa hunc annum Lutherus existi-  
mat IVDAM discessisse à fratri-  
bus suis in Odollam, & duxisse fi-  
liam Sue. Gen. 38. Ex quo coniugio  
nascuntur ei HET, ONAN, &  
SELA.

IOSEPH



Anno mundi.	Ætatis Isaac.	Ætatis Iacob.	HIST: GEN:
2216	168	108	IOSEPH uenditur à fratribus, cum esset septendecim annorum. Genes. 37.
2224	176	116	Circa hunc existimatur esse natus esse Phares ex incesto concubitu IVDÆ cum THAMAR, Genes. 38.
	178	118	Circa hunc annum IOSEPH retinens casti pudoris decus, calumnijs suæ dominæ conijcitur in carcerem. Gen. 39.
	179	119	Pincernæ & Pistoris somnia interpretatur Ioseph in carcere. Genes. 40. Nā post bienniū liberatur. Gen. 41.
2228	180	120	Moritur Isaac. Gen. 35. uno anno ante liberationem Ioseph: decem annis ante descensum Iacob in Ægyptū.
2229		121	IOSEPH cum fuisset in seruitute & carcere annos 13. liberatur, cū esset 30 annorum præficitur toti Ægypto, Gen. 41. Sequuntur 7 anni fertilitatis, & duo anni famis, Genes. 43. 45. Quibus expletis,
2238		130	IACOB cum familia descendit in Ægyptum, Gen. 46. 47. in qua regione apud filium Ioseph uixit annos 17.
2255		147	IACOB edidit uaticinium de tem-

B 4 pore



Anno  
mundi.

CHRON: HIST: GEN:

- pore aduentus Meſſiæ, Non auferetur ſceptrum  
de IVD A, donec uenerit SILOH, id eſt,  
filius Virginis. Genef. 49. Et factò teſtamento  
MORITVR, anno ætatis ſuæ 147. Gen. 47. 45.
- 2309 Obijt Ioseph in Ægypto, cum uixiſſet annos 110. Ge-  
neſ. 50. Anno poſt mortem patris Iacob 54.
- 2360 Circa hæc tempora incoepit SERVITVS IS-  
RAELITARVM in Ægypto, & edictum de  
necandis infantibus promulgatum eſt. Exod. 1.
- 2370 AARON natus eſt. Nam in exitu ex Ægypto eſt  
annorum 83. Exod. 7.
- 2373 MOSES natus eſt. Exod. 7. Anno 65 poſt mortem  
Ioseph.
- 2415 IOSVE nascitur. Iof. 24. Nam in exitu eſt anno-  
rum 38.
- 2435 EXITVS FILIORVM ISRAEL EX  
Ægypto: Et inſtitutio Paſchatis: Et promul-  
gatio LEGIS in monte Sinai facta  
die 50. poſt exitum. Exod. 12.  
14. 19. anno ante natum  
Chriſtum  
1509.



1

# IN LECTIO-

## NEM GENESIS,

PROLEGOMENA.



DEO CONDIDIT DEVS  
Homines, ut sit creatura uisibilis in  
hoc Mundo, cui sese, suam bonita-  
tem, sapientiam, iusticiam & lati-  
ciam in omni eternitate communi-  
cet, & à qua uicissim agnoscatur & celebretur.  
Non enim impertit se & sua bona Deus, nisi ijs, qui  
ipsum agnoscunt, & ipsius sapientia & bonitate sci-  
entes letantur.

Vult igitur à nobis hominibus agnosci Deus. Ac  
ut agnosci possit, non solum radios suæ lucis & sa-  
pientie in mentes humanas sparsit, Sed etiam statim  
se expressa uoce primis parentibus patefecit, &  
arcanam promissionem de Filio Mediatore reuela-  
uit, & postea certam doctrinam per Prophetas,  
Christum, & Apostolos traditam, scriptis mandauit,  
Quæ uult à nobis legi, audiri, cogitari, alijs proponi  
& explicari.

Et horum scriptorum lectione et cogitatione ac-  
cendit in nostris mentibus ueram & eternam lu-  
cem, iusticiam & uitam.

Nec usquam alibi est uera Ecclesia Dei, seu cœ-

B      §      tus



## 2 PROLEGOMENA IN

tus hominum recte agnoscentium Deum, & Deo placentium, ac heredum uitae aeternae, nisi ubi haec scripta Prophetarum & Apostolorum Homines legunt, audiunt, fide amplectuntur, amant, eisq; obtemperant.

Iohan. 10. Oves meae uocem meam audiunt, & ego agnosco seu curo ac diligo eas, & uitam aeternam do eis, & nemo rapiet eas ex manibus meis.

Iohan. 14. Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ueniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Haec dulcissima sententia docet, Eos solos diligi à Deo, & esse templa ac domicilia, in quibus Deus habitat, qui sermonem Christi seruant, hoc est, qui doctrinam à Christo traditam fide amplectuntur, & puram ac incorruptam custodiunt & propagant.

Iohan. 5. Scrutamini scripturas, quia uidemini in ipsis uitam aeternam habere, Ille sunt, qui testificantur de me, Si Moysi crederetis, utiq; et mihi crederetis, De Me enim scripsit, Si autem scriptis Moysi non creditis, quomodo uerbis meis credetis.

Lucæ 16. Habent Moysen & Prophetas, Illos audiant.

2. Timoth. 3. A puero Sacras literas noueris, quae te possunt eruditum reddere, ad salutem per fidem in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus tradita, utilis est ad doctrinam, ad obiurgationem, ad  
correa



correctionem, ad institutionem in iusticia, ut perfectus fiat Homo Dei, ad omne bonum opus paratus.

2. Pet. 1. Habemus firmiorem, Propheticum sermonem, cui recte facitis attendentes, tanquam lychno lucente in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris.

Iohan. 20. Hæc scripta sunt, ut credatis, quod Iesus sit Christus, filius Dei, & ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

Hæc & similia testimonia confirmant, Dei uoluntatem & mandatum esse, ut scripta Prophetarum & Apostolorum legamus, & per hanc lectionem & cogitationem Deum uerè efficacem esse, & accendere in mentibus ueram agitationem sui, & iusticiam ac uitam æternam in credendibus inchoare.

His seuerissimis mandatis & dulcissimis promissionibus Dei exuscitemur, ut doctrinam in libris Moysi, Prophetarum, & Apostolorum à Deo Ecclesiæ traditam, omni studio, assiduitate & intentione legamus, audiamus, discamus, usu eam confirmemus, alijs interpretemur, & ad posteros puram & incorruptam transmittamus. Nam propter hanc causam præcipuè hominibus uita à Deo datur & propagatur.

Ideoq; à Deo seruantur hi nostri cœtus Scholastici, ut sint custodes horum librorum, quos hominibus commendauit, ut sint propagatores ueræ doctrinæ & interpretationis, ad quam cognitio literarum,

rum,



#### 4 PROLEGOMENA IN

rum, linguarum & artium multarum, quæ in scholis traduntur, necessaria est.

Cum igitur seueriſſimè Deus præcipiat, ut omnes homines scripta Prophetarum & Apostolorum legant, et mihi in hac Schola munus docendi elementa ueræ de Deo doctrinæ commendatum sit, decreui, iuuante Deo, Textum aliquot librorum diuinitus traditorum ordine enarrare, ut auditores ad lectionem Textus, per quam Deus lucem ueræ agnitionis sui, & initia uitæ æternæ in mentibus accendit, inuitem. Ordinar autem à Primo Moſis libro, qui totius sacræ Scripturæ fons est. Nam omnia reliqua Prophetarum & Apostolorum scripta, uelut commentarius quidam sunt in quatuor priora Geneseos capita, ut ex enarratione perspicuum erit.

Et quia in Interpretatione scripturæ utilissimum est, referre præcipuas partes Textus ad Locos Communes, qui summam doctrinæ Christianæ complectuntur, Deinde seriem membrorum ostendere, & Verba, Phrases & Figuras, adhibitis fontibus linguarum & præceptis artium dicendi, explicare: Conabor hæc Interpretis officia, fide & diligentia mediocri obire.

Cumq; totum Corpus doctrinæ Christianæ, DECEM præcipuis LOCIS, tanquam membris constet, studebo præcipua dicta & historias Genesis & sequentium librorum, ad hosce Decem Locos, uelut ad metam, reuocare. Nam in discendo & docendo ualde



# GENESIN.

5

ualde prodest, doctrinae summam eruditè & Methodico ordine in certos locos distributam, ad fiduè in conspectu habere.

Referant igitur Studiosi in lectione Genesis præcipuas sententias & historias ad hæc decem membra Doctrinae Christianae.

I. De Deo & tribus personis diuinitatis, testimonia extant. Cap. 1. 3. 18. 19. 48. 35. Genesis.

De duabus naturis in CHRISTO, Cap. 3. 12. 22. 46.

II. De Creatione & Prouidentia. Cap. 1. & 2.

De Angelis bonis & malis, Cap. 3.

De Imagine Dei, ad quam Homo conditus est. Cap. 1.

III. De Peccato, De Causa Peccati, de lapsu Angelorum & Hominum, Cap. 3.

De Peccato Originis, Cap. 3. 5. 6. 8. 12.

De Peccato Veniali & Mortali, & de lapsibus Sanctorum, Cap. 4. 9. 19. 38. 20.

IIII. De Lege Dei, Cap. 3.

V. De Euangelio, seu de Promissione Remissionis peccatorum propter Christum, & de beneficijs Christi, Cap. 3. 12. 14. 22. 26. 28. 48. 49.

De Prædestinatione, quæ est æternum decretum

tum



6 PROLEGOMENA IN

tum Dei de recipiendis hominibus ad uitam  
eternam propter Christum, Cap. 25.

De Iusticia Fidei, Cap. 4. 15. 12.

VI. De Bonis Operibus, Cap. 4.

De Timore Dei, Cap. 6. 7. 19.

De Fide, Cap. 12. 15. 32. 3.

De uera Inuocatione Dei, Cap. 32.

De Castitate, Cap. 2. 39. 34. 19.

De Mansuetudine, Cap. 50. &c.

VII. De Sacramentis, Cap. 4. 17. 9.

De Circumcisione, Cap. 17.

De Sacrificijs, Cap. 4. 8. 22.

De Sacerdotio Christi, Cap. 14.

VIII. De Pœnitentia, Cap. 3.

IX. De Ecclesia, Cap. 4. 5. 27. 17. 18.

De miranda Conseruatione Ecclesie & pio-  
rum, Cap. 6. 7. 41. 19.

De Cruce & Calamitatibus Ecclesie, & ue-  
ris consolationibus, Cap. 3. 37.

De Regno Christi, Cap. 49.

X. De Extremo Iudicio, De Resurre-

ctione corporum & uita eterna, Cap. 4. 25.

De Magistratibus Ciuilibus, & dignitate re-  
rum politicarum, Cap. 9. 11.

De Coniugio & uita Oeconomica, Capite  
2, 24.

Hi Tituli fere summam continent doctrine Chri-  
stiane



stiane, omnibus ad ueram agnitionem Dei & animarum salutem cognitu necessariae, ad quos omnes diuinæ scripturæ partes, omnes lectiones & conciones sacre, & pleraq; scripta Theologica dextrè & prudenter referri possunt.

Sequor autem & amplector de omnibus hisce locis doctrinæ Christianæ sententiam, in libris Prophetarum & Apostolorum traditam, & breuiter comprehensam in Symbolis, Apostolico, Nicæno & Athanasiano, & communi Confessione harum Ecclesiarum in Saxonia & alibi, quæ puram Euangelij doctrinam, à Deo per Lutherum, instauratam, sequuntur, cum qua congruit etiam Summa doctrinæ quam hoc anno Christi 1552. Illustissimi Principes Megapolenses, libro publicè edito, in Ecclesijs suarum regionum doceri præceperunt.

Hanc doctrinam, quæ sine ulla dubitatione consensus est omnium piorum & eruditorum in Ecclesia Dei, firmiter amplector, & toto pectore gratias ago, & agam ardentius in æterna uita præceptoribus meis Theodidactis, Luthero, Philippo, & Victorino, quorum uiua uoce & scriptis Deus me in hac uera de Deo doctrina, & alijs artibus, ad cælestis doctrinæ cognitionem & explicationem necessarijs, erudiuit, & adhuc quotidie erudit. Fideliter etiam, iuuante Deo, hos puræ doctrinæ Fontes, uelut depositum, custodiam & propagabo.

Quod



*Quod est discrimen inter Mosē, &  
Platonem, seu alium legislatorem Eth-  
nicum, Minoem, Numam Pom-  
piliū, uel similes? Seu*

*Quod est discrimen inter Doctrinam  
in scriptis Mosi, Prophetarum & A-  
postolorum traditam, Et Eth-  
nicorum scripta Ethica  
& Historica?*

Plato & ceteri sapientes Ethnici retinent &  
illustrant doctrinam Legis diuinæ, seu præceptorum  
Decalogi, quatenus externos mores erga Deum &  
erga homines honestè regit. Sed Euangelion de  
Gratia Dei, seu remissione peccatorum, & uita  
æterna Gratis donanda hominibus, propter Filium  
Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Semen  
Adæ & Abrahæ promissum &c. prorsus ignorant.

Hoc discrimen diligentissimè considerandum  
est, ne religiones confundantur, neue Euangelion ob-  
scuretur & deleatur, transformatum in Philoso-  
phiam.

Agnoscent Plato, Xenophon, Cicero, & similes  
esse Deum, & tradunt præcepta de honesta uita, im-  
periorum & morum gubernatione, quæ pars sunt  
Legis



Legis diuinæ, quæ naturæ hominum diuinitus insita est, ut doceat, Quod sit, & qualis sit Deus, & sit norma uitæ hominū in externis actionibus regendis, Ac omnia omnium Philosophorum & Oratorum scripta de moribus, uelut commentarius quidam sunt in 4. 5. 6. 7. & 8. præcepta Decalogi, Etsi enim primæ quoque Tabulæ noticiam aliquam retinuerunt, tamen ea ualde obscurata, & uelut obruta est monstrosis opinionibus de multitudine Deorum, sicuti & sexti Præcepti noticia, de Castitate & uitandis libidinibus illicitis, ferè prorsus apud eos extincta fuit.

Sed hi libri Mosis, Prophetarum & Apostolorum, non modo totius Legis diuinæ doctrinam illustrant, Sed etiam docent nos de essentia Dei, & tribus personis distinctis, Patre, Filio, & Spiritu sancto, de conditione Hominis, de causa Peccati, Calamitatis & mortis humanæ, de placanda ira Dei, de remissione peccatorum propter Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, de immortalitate hominum, de Resurrectione corporum, & uita æterna. Has res tantas, Platoni, Numæ, Ciceroni, & omnibus Ethnicis ignotas, patefacit Euangelion, quod cum prius ignotum esset omnibus Creaturis, à Deo per Mosen, Prophetas, Christum & Apostolos traditum & illustratum est.

C      Discri-



*Discrimen etiam Historiæ sacrae & prophanae consideretur.*

In Ethnicis Historijs præcipuè spectanda sunt Exempla uirtutum in gubernatione Reipub: & communis uitæ necessariorum, quas præcipit Lex Dei, naturæ insita. Item Exempla Horribilium peccatorum, quæ semper iniusta consilia & scelera sequi solent, quorum cogitatione singuli se ad modestiam, ad iusticiam & Timorem Dei exsuscitent. Estq; hoc uelut commune argumentum omnium Historiarum: Discite iusticiam moniti, & non temnere Diuos.

Sed in Sacra Historia Moysis, Samuelis, Regum, Esaiæ, Danielis, Matthæi, Lucæ & c. præcipui Loci sunt.

- I. Doctrina de Deo, Patre, Filio & Spiritu sancto, de conditione Hominis, de causa peccati, de Christo, de persona, officio & beneficijs Christi, de Remissione peccatorum propter Christum, de ueris consolationibus in cruce, de resurrectione & uita æterna.
- II. Miracula propria naturæ diuinæ & omnipotentis, quæ sunt testimonia certitudinis doctrinæ & diuinæ patefactionis.
- III. Perpetua collectio, gubernatio, defensio & conseruatio Ecclesiæ.
- IIII. Exempla Virtutum nō modo politicarum, sed multo magis spiritualium, quas per Euangelij angelij



angelij cogitationem Deus in Sanctis accendit,  
uidelicet ueræ Inuocationis Dei, Spei, Gratia-  
rum actionis, Patientiæ, Confessionis &c.

*Quod est discrimen Veteris &  
Noui Testamenti ?*

Vnum & idem est Testamentum seu Fœdus  
Dei, quod cum ueteribus seu primis Patribus, Iudæis  
& Christianis pepigit, & per quod omnes Sancti,  
ab initio Mundi, ante & post Christum natum, in  
gratiam Dei & societatem uitæ & salutis æternæ  
recipiuntur, uidelicet Promissio remissionis pecca-  
torum, gratiæ Dei et salutis æternæ, propter filium  
Dei, dominum nostrum Iesum Christum gratis cre-  
dentibus donandæ, ut clare dicitur, Act. 15. Credi-  
mus nos per gratiam domini nostri Iesu Christi sala-  
uari, sicut & Patres saluati sunt.

Galat. 3. Rom. 4. Gen. 15. Credidit Abraham Deo  
& reputatus est iustus, Non in seminibus, tanquam  
in multis, sed tanquam in uno & in semine tuo, qui  
est Christus.

Act. 9. Non est aliud nomen sub cœlo, in quo  
oporteat nos saluos fieri, præter nomen domini  
Iesu.

Quare primorum Patrum & Iudæorum fœdus  
principale & æternum & ad salutem necessarium,  
nihil à Nouo Testamento differt, quod ad substan-  
tiam fœderis seu rem ipsam pertinet: Sed acciden-  
tibus



tibus quibusdam & ceremonijs ac appendicibus promissionum corporalium differunt.

Est igitur Vetus Testamentum, propriè promulgatio Legis Mosaicæ, seu fœdus, quo Deus populum Israel ad seruandam Legem Mosaicam obligauit: eiq; uicissim Terram Canaan & politiam certam, ac defensionem & omnia bona promisit, & Cere- monias ac Sacrificia adiūxit, ut essent Typi Personæ & Sacrificiorum Christi, propter quem solum cre- dentes omnibus temporibus in fœdus salutis æternæ recepti sunt.

Hoc discrimen Veteris & Noui Testamenti per- spicue illustratur à Paulo Galat. 3. & 4. Et in Epi- stola ad Ebræos cap. 9. & 8.

Vsitata autem Synecdoche est, qua contentum pro continente sumimus, & Vetus ac Nouum Testa- mentum nominamus Libros continentes doctrinam de Veteri & Nouo fœdere Dei, seu de Lege & Euangelio.

Ita uulgò appellatione Veteris Testamenti, Li- bros Moysi et reliquorum Prophetarum ante Chri- sti aduentum scriptos complectimur. Ac Nouum Testamentum uocamus Euangelistarum & Aposto- lorum scripta, quæ post exhibitum Christum edita sunt. Ita dicitur uulgo. Vetus Testamentum est fons Noui Testamenti: Et Nouum Testamentum est Lux Veteris Testamenti.

Argu.



*Argumentum principale Mosi &  
omnium Prophetarum est*

DOMINVS NOSTER IESVS CHRIS-  
TVS. Ac totius sacrae Scripturae fons est liber  
Geneseos, in quo praeipuum locum obtinet Promis-  
sio de Christo, Adae & Abrahæ tradita.

Ioh. 5. Scrutamini Scripturas, illae sunt quae Testi-  
ficantur de Me, si Mosi crederitis, etiam Mihi crea-  
deretis, De me enim scripsit ille.

Psal. 40. Christus ipse inquit, Ecce uenio, In capi-  
te libri scriptum est de Me, ut facerem uoluntatem  
tuam, Deus meus uolui & c. His uerbis addit Episto-  
la ad Ebr. 10. Per hanc uoluntatem sanctificati sumus  
per oblationem corporis Christi semel.

Gal. 3. Abrahæ dictae sunt promissiones & Semi-  
ni eius. Non dicit in seminibus, tanquam in multis,  
sed tanquam in uno, & in Semine tuo, qui est Chri-  
stus.

Luc. 24. Christus ex Mose & Prophetis exponit  
testimonia de sua Passione & Resurrectione.

Act. 10. Christo omnes Prophetæ testimonium  
perhibent, remissionem peccatorum accipere per  
nomen eius, omnes qui credunt in eum.

Rom. 1. Segregatus ad Euangelion Dei, quod an-  
tea promisit Deus, per Prophetas suos, in Scripturis  
sanctis, de filio suo.

Ephes. 2. Extructi super fundamentum Prophe-  
tarum

C 3 tarum



tarum & Apostolorum, existente lapide Angulari Iesu Christo.

Rom. 16. Secundum Euangelium meum, patefactum antea per Prophetas.

Luc. 16. Habent Moſen et Prophetas illos audiāt.

Hæc Teſtimonia inſigamus animis, ut ſciamus idem genus doctrinæ, uidelicet, Legem & Euangelion de Chriſto omnibus temporibus in Eccleſia ſonuiſſe. Et deteſtemur furores multorum, qui tantum ritus barbaricæ politiæ Iudeorum, exiſtimant in Moſe deſcribi.

Fuit hoc Conſilio diuinitus conſtituta Moſi politia, ut eſſet certus populus, & certa ſedes Eccleſiæ, in qua Deus ſe pateſaceret, & Verbum diuinitus traditum cuſtodiret, et promiſſiones de Chriſto claris Teſtimonijs illuſtrarentur, & repeterentur: Deinde ut eſſet certus Locus, ubi Chriſtus naſceretur, conſpiceretur, doceret, ederet teſtimonia ſuæ doctrinæ, fieret uiſtima, & conſpiceretur eius reſurrectio ex morte, ne dubitantes animi hominum uagarētur, & neſcirent ubi quærendus eſſet Chriſtus. Ideoq; exhibito Chriſto, et ipſam Moſi politiam, & ritus, Moſaicæ politiæ cauſa inſtitutos, Deus aboleuit.

Quare in Veteris Teſtamenti lectione principaliter doctrinæ de promiſſo Semine Chriſto, ſpectanda eſt, quem Lex, monſtrans iram Dei, & abiiciens in æternam damnationem, tanquam Medicum & Opitulatorem quærere cogit.

CAPVT



15  
CAPVT PRI  
MVM.

Loci præcipui Quatuor.

- I. De Deo & de Mystero Trinitatis.
- II. De Creatione omnium rerum.
- III Testimonia Prouidentie Dei.
- IIII. De Imagine Dei in Homine, seu Qualis fuerit Homo conditus.

I.

DE DEO.

**E**Rudita & integra descriptio Dei & Trium personarum Diuinitatis, in hoc Primo capite Geneseos proposita, initio consideretur.

DEVS est essentia æterna, alia à Mundi corporibus, Creans omnes res alias, intelligens, libera, omnipotens, bona, uerax & iusta, Pater æternus gignens Filium Imaginem suam, & Filius Imago Patris ab æterno genita,

C 4 nita,



nita, & Spiritus sanctus fouens & uiuificans, Quæ diuinitas Cœlum & Terram, ac omnes creaturas ex nihilo creauit, & seruat, & in genere humano condito ad Imaginem suam, eligit sibi Ecclesiam, à qua in æternum agnoscat & celebretur.

Huius Definitionis singula membra eruditè possunt ex huius primi Capitis testimonijs extrui.

Primum enim esse Deum essentiam æternam testatur, cum inquit, Deum in principio creasse cœlum & terram. Fuit igitur ante creaturas. Cumq; non sit creatus, Sed habeat esse à seipso, necesse est æternum esse. Deinde Quod sit Essentia alia à Mundi corporibus, creans omnes res alias, eadem uerba testantur, Fuit enim ante omnia Mundi corpora, & creator in infinitum differt à creatura.

Quod sit intelligens & sapiens essentia, ostendunt hæc uerba, Dixit Deus. Item, Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant ualde bona.

Quod sit omnipotens, conuincit creatio rerum ex nihilo.

Quod sit Essentia bona, uerax, iusta & libera, testatur creatio Hominis, cui ad imaginem Dei condito hæc dona insita sunt, Impossibile est autem effectum toto genere deteriolem esse sua causa.

TRES



TRES PERSONÆ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, initio significantur plurali uocē **אלהים** Elohim, Nam Ebraica uerba perinde sonant, ac si ita legas, In principio creauit **די** coelum & terram. Item infra plurali uerbo **נאסע** Naase, & plurali affixo **נ** Nu, Faciamus hominem ad Imaginem nostram. Et de Spiritu sancto, qui est tertia persona diuinitatis, disertè dicitur, Spiritus Dei ferebatur super aquas.

Veteres etiam in his uerbis, DIXIT DEVS, duas Personas significari senserunt. Vnam Patris dicentis & gignentis Verbum, quod est Imago sui, per quod omnes res condit. Alteram **λόγος** seu Verbum genitum à Patre, per quod omnia facta sunt.

Et ad hanc narrationem in Genesi, respexisse existimant Iohannem, cum Filio Dei tribuit adpellationem **λόγος** seu Verbum.

Iohan. 1. In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, Et Verbum erat Deus, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est, In ipso uita erat, & uita erat lux hominum &c.

Psal. 33. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum.

Col. 1. Transtulit nos in regnum Filij sui dilecti, per quem habemus redemptionem per Sanguinem eius, remissionem peccatorum, qui est Imago Dei inuisibilis,

C S

uisibilis,



uisibilis primogenitus omnis Creaturæ. Quoniam per ipsum condita sunt omnia, quæ in cælo & quæ in terra sunt, uisibilia & inuisibilia, siue Throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipsum condita sunt, & ipse est ante omnia.

Ebræ. 1. Deus postremis diebus locutus est nobis per filium, quem posuit heredem omnium, per quem & secula fecit, qui est splendor gloriæ, & expressa Imago substantiæ eius, sustentans omnia Verbo potentie sue.

Hæc testimonia non solum lucem afferunt lectioni huius Capituli, sed etiam illustrem descriptionem filij Dei seu λόγος suppeditant, quam hoc loco recitabo, ut etiam in cæteris locis librorum Moysi, in quibus testimonia de filio Dei extant, studiosis in conspectu sit.

**FILIVS DEI** est secunda persona diuinitatis, non creata ex nihilo, sed ab æterno genita de Patris substantia, & est λόγος & substantialis ac integra imago æterni Patris, ὁμοῦσιος Patri, per quem Pater omnes res condidit, & Euangelion de redemptione & salute hominum immediate patefecit, Qui Filius adsumsit humanam naturam, ut sit  
noster



noster Mediator & Redemptor, ac ut per idem Verbum, quo condita est natura, quod est Imago æterni Patris, rursus uiuificetur nostra natura, & restitua-  
tur in nobis Imago Dei.

Cause etiam considerentur, Quare filius Dei nominetur ΛΟΓΟΣ, seu VERBUM, seu SERMO.

Primum. Respectu æterni Patris, Quia est imago mentis paternæ, in qua imagine ipse Pater integre lucet. Sicut nostræ mentes cogitando formant imagines rerum, et noster sermo est imago cogitationum mentis. Sic enarrat Basilius pag. 357. Διατί λόγος? ἵνα δέχῃ ὅτι ἐκ τοῦ Νῦ προήλθε διατί λόγος? ὅτι ἀπαθῶς ἐγγυήθη. Διατί λόγος? ὅτι εἰκὼν τοῦ γυήσαντος, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεικνύει δὲ γυήσαντα. καὶ τέλος ὑπάρχων καὶ ἑαυτὸν, ὡς καὶ ἡμετέρος λόγος ὅλῳ ἡμῶν ἀπακο-  
νίζει πῶς ἐννοίαν καὶ ὅτι τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ νοήμα-  
τος ἀπακόνησμα δὲ λέγεται ὅτι. Hoc est, Quare dicitur λόγος? Ut ostendatur, quod ex mente prodierit, et sine passione Mentis genitus, sit imago Patris, totum in sese ostendens Patrem, et perfectus existens per sese, sicut et noster Sermo totius cogitationis effigies est.

Fere iisdem uerbis utitur Gregorius Nazian-  
zenus in descriptione filij Dei. λόγος λέγεται, ὅτι  
οὕτως



οὕτως ἔχει πρὸς τὸν πατέρα ὡς πρὸς ἑαυτοῦ λόγος,  
 οὐ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γέννησεως, ἀλλὰ  
 καὶ διὰ τὸ σωματικόν, καὶ διὰ τὸ ὁρατὸν. Hoc est,  
 Dicitur λόγος, Quia se habet ad Patrem, sicut  
 Verbum ad Mentem, non tantum quia Mens pariens  
 Verbum nihil patitur, (non scinditur aut diuiditur)  
 Sed etiam quia perpetuò coniunctum est Patri, &  
 quia annunciat nobis Euangelion.

Augustinus lib. 9. de Trinitate, Cap. 12. Mens est  
 quasi pariens & noticia eius quasi proles, Mens  
 enim cum se agnoscit, noticiam sui gignit, quæ est  
 imago sui. Tertius est Amor, qui de ipsa mente &  
 Noticia procedit, dum Mens cognoscit se, & diligit  
 se &c. Sed huius primæ causæ consideratio in hac  
 mortali uita penitus peruestigari non potest, &  
 erit sapientia, quam in uita æterna integrè disce-  
 mus.

Deinde Filius nominatur λόγος Respectu no-  
 stri, Quia nos alloquitur, & arcanum decretum de  
 Creatione & redemptione hominum ex sinu æterni  
 Patris prolatum, Primus reuelauit. Ioh. 1. Filius qui  
 est in sinu Patris, ipse enarrauit. Sic Irenæus dicit fi-  
 lium dici Verbum, quia sit persona quæ locuta est  
 cum Patribus, edens promissiones de uenturo Semi-  
 ne. Ideo à Nazianzeno uocatur ὁρατός.

Tertio, Quia conseruat ministerium huius sui  
 Verbi seu Euangelij, & per illud efficax est.

Quarto, Quia dicendo, seu Verbo suo, ueram  
 agnitio-



agnitionem eterni Patris in mentibus nostris accendit. Matth. 11. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui Filius uoluerit reuelare. Irenæus lib. 4. cap. 14. Deum scire nemo potest, nisi Deo λόγος docente. Et cap. 16. Omnes qui ab initio cognitum habuere dominum, reuelationem acceperunt ab ipso Filio, qui & nouissimis temporibus uisibilis factus est, & cum humano genere locutus est.

Quinto, Quia in cordibus nostris dicit Consolationem, qua uiuificat corda, & per Spiritum sanctum leticiam & inuocationem in eis accendit.

Vt enim in prima creatione Hic λόγος seu Verbum, dedit hominibus uitam & lucem, quæ fuit imago Dei, qua Deum agnoscebant, & ei perfectè in omnibus actionibus obediebant: ut Iohan. 1. dicitur, In ipso uita erat, & uita erat lux hominum. Ita postquam in mortem & æternas tenebras lapsi eramus, rursus immensa misericordia, idem Verbum, per quod conditi sumus, lucem ueræ agnitionis & uitam æternam in nobis instaurat.

Hanc commonesactionem de causis, Cur Filius λόγος nominetur, addere uolui huic dicto, DIXIT DEVS, ex quo Iohannes descriptionem filij Dei petiuisse existimatur.

Oro autem filium Dei λόγος & εἰκόνα eterni Patris, ut nos doceat, et æternum Patrem nobis monstret.

Spiritus sancti descriptionem recitabo in enarratione



ratione dicti, Spiritus Dei ferebatur super aquas.

Nunc piam & nenustam cogitationem de Myste-  
rio Trinitatis in tribus primis literis Bibliorum pro-  
posito, Studiosi meminerint. Sunt enim tres primæ  
literæ, in duab. primis dictionibus Geneseos, initia-  
les earum dictionum, quibus tres personæ diuinitatis  
nominantur, בְּרֵאשִׁית בָּרָא Bereschit Bara.

בֶּן Ben. Filius.

רוּחַ Ruah. Spiritus.

אֲבִי Ab. Pater.

Ac ponitur Spiritus sanctus in medio, Quia ne-  
xus est mutui amoris inter Patrem & Filium.

## II.

### DE CREATIONE OMNIVM RERV M.

Primum opus Dei, in quo se patefacere & boni-  
tatem ac sapientiam suam lucere & conspici uoluit,  
est Creatio huius pulcherrimi theatri naturæ re-  
rum, quam in hoc Capite Moses describit. Breuiter  
igitur doctrinam de Creatione usitatis Quæstioni-  
bus Methodi inclusam recitabo.

Creare apud Latinos significat designare, de-  
nunciare, seu declarare, Sed in Ecclesia significat ex  
nihilō aliquid fabricare. Estq; infinitum discrimen  
inter Gignere & Creare, Nam Gignere est ex sub-  
stantia sua aliquid producere, ut æternus Pater Fi-  
lium ex sua substantia gignit, non ex nihilō creat, si-  
cut



cut Ariani dicebant filium ἐκ μηδ' ὄντων κτλ. ὡς αὐτοὶ  
 Hoc est, Ex non existentibus conditum esse.

*Definitio Creationis usitate his  
 uerbis traditur.*

**CREATIO** est actio externa  
 Dei, qua Deus uolens omnes res alias,  
 inuisibiles & uisibiles, ex nihilo fabri-  
 cavit, consilio suo, ut æternam Ecclesi-  
 sibi conderet, à qua agnoscatur &  
 omni æternitate celebretur.

**SPECIES** Creaturarum sunt, Naturæ inuisi-  
 biles, uidelicet Spiritus seu Angeli, de quibus Psalm.  
 103. dicitur, Qui facis Angelos tuos Spiritus. Et Na-  
 turæ Visibiles, ut Homo, Cælum, Lumina, Stelle,  
 Aër, Aqua, Terra, Planta, Animantia, & reliqua  
 partes Mundi.

**CAUSA EFFICIENS** est Deus Pater, Fi-  
 lius, & Spiritus sanctus, Qui simul omnes res alias  
 condiderunt & conseruant. Psalm. 33. Verbo Domini  
 cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis exerci-  
 tus eorum. Ebr. 1. Per filium secula condidit. Iohan. 5.  
 Pater meus ab initio usq; ad hoc tempus operatur,  
 & ego operor.

Ex his dictis perspicuum est, Non esse hoc modo  
 discernendas personas Diuinitatis, ut Pater solus di-  
 catur Creator, Filius Redemptor, Spiritus sanctifi-  
 cator. Nam omnia hæc opera Dei externa, Creatio,  
 Redem-



Redemptio & Sanctificatio, communia sunt trium personarum. Estq; uera Regula Augustini: Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, Hoc est, Opera quæ Deus extra suam essentiam facit, sunt communia trium Personarum.

Quod autem in Symbolo solus Pater nominatur Conditor cœli & terræ, causa est, Quia Pater est fons, ut ita dicam, totius diuinitatis, quæ se in illo mirando opere creationis primum patefecit.

CAUSA IMPULSIVA Creationis in mente diuina est, Immensa bonitas Dei, qui suam sapientiam, iusticiam, uitam & leticiam uoluit creaturis rationalibus communicare, & uicissim ab eis agnosci & celebrari, Nam Bonum est communicatiuum sui. Sic D. Irenæus lib. 4. cap. 28. inquit, Deus hominem plasmauit Adam, ut haberet, in quem sua beneficia collocaret.

INSTRUMENTVM quo Deus ad hanc pulcerrimam machinam cœli & terram fabricandam utitur, est VERBUM, seu filius Dei, λόγος.

MATERIA ex Qua, nulla est, Nam omnes Res ex nihilo conditæ sunt, ut Ioh. 1. dicitur. Omnia per ipsum facta sunt, Ergo etiam materia facta est. Eccles. 18. Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul, seu uniuersaliter. Psalm. 32. Ipse dixit & facta sunt. Ipse mandauit, & creata sunt. Ebræ. 11. Fide intelligimus condita esse secula, ita ut ex inuisibilibus uisibilia prodirent. Quod autem in Physicis dicitur,



tur, Ex nihilo nihil fit, id in natura iam condita & ordinata uerum est, nec transferendum est ad primam conditionem rerum. Sicut Stoici finxerunt Materiam Deo conditori coeternam fuisse, Quod Stoicorum delirium, cum Hermogenes defendendum suscepisset: Tertullianus in Refutatione Hermogenis inquit, Philosophos haereticorum Patriarchas esse.

FORMA Creationis & Creaturarum à nobis perspicietur, cum ipsius architecti aeterni Patris, Filij, & Spiritus sancti, deliberationem & sapientiam in hoc opificio Mundi propositam coram audiemus.

FINIS Creationis est, ut Dei sapientia & bonitas in toto opificio Mundi luceat, ac ut ex Angelis & Hominibus aeterna Ecclesia Deo colligatur, à qua agnoscatur & celebretur, & cui suam bonitatem in omni aeternitate communicet.

Ephes. 3. Qui omnia creauit, ut innotescat per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.

Coloss. 3. Homo ad agnitionem Creatoris conditus est.

Ephes. 4. Homo iuxta Deum creatus est ad iusticiam & sanctitatem ueram.

Ephes. 2. Ipsius opus sumus conditi ad bona opera.

EFFECTVS Creationis sunt omnes Creaturae.

COGNATA Creationi est conseruatio & susten-

D

sustene



sustentatio naturæ à Deo conditæ. Non enim disces-  
sit Deus à suo opere, quod fabricauit, Sed adsidue  
adest suæ creaturæ, seruat leges motuum cœlestium,  
uices dierum ac noctium, uices temporum anni, quot  
annis fecundat terram, dat uitam animantibus &  
hominibus, præparat infantibus cibum in uberibus  
matris, antequam nascantur, seruat & prorogat ui-  
tam, ut dicit Paulus. In ipso sumus, uiuimus & moue-  
mur. Coloss. 1. Omnia per ipsum consistunt.

Nec tamen Deus alligatus est ad naturam, à se  
conditam, ita ut non possit aliter agere, quam ut fert  
ordo in natura institutus, Sed libere adest suæ crea-  
turæ seruans & sustentans eam; & uel mutans, uel  
moderans, uel impediens, uel tollens eam, ut Ephe. 3.  
dicitur: Ei qui potest super omnia & abundanter,  
supra quam petimus & intelligimus, sit gloria & c.  
Idem confirmant Miracula omnia, quibus ordo na-  
turæ usitatus, Dei potentia propter piorum preces  
mutatus est. Recepti sunt primi Parentes, seruatus  
Noë in diluuiio, diuisum mare Rubrum præbuit ui-  
am Israëlitis. Cursus Solis repressus est Ios. 10. Resu-  
scitati sunt mortui ab Elia, Eliseo, Christo, Aposto-  
lis & c. Deniq; infinita sunt exempla mirandarum  
liberationum, quæ diuinitus contigerunt sanctis, cum  
omnibus causis secundis destituti essent. Hæc com-  
monefactio & uera est, & ad Inuocationem Dei ne-  
cessaria est.

PUGNANTIA cum articulo de Creatione  
sunt,



sunt, Omnium sapientum extra Ecclesiam falsa opinionones de primordijs rerum.

Aristoteles in Octauo  $\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\acute{o}\varsigma$   $\alpha\kappa\rho\acute{o}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ , contendit Mundum eternum esse.

Stoici duo rerum omnium principia posuerunt Deum & Materiam.

Democritus & Epicurus Mundum ex Atomis componunt temere & casu concurrentibus, & quotidie nouos Mundos oriri & occidere fingunt.

THales, qui proxime uidetur ad Mosis sententiam accedere, dixit aquam esse principium rerum.

Deniq; magna uarietas est discrepantium opinionum, de principijs & causis omnium rerum, efficientibus & materialibus apud Philosophos, quas Aristoteles in primo  $\pi\epsilon\gamma\iota$   $\alpha\pi\chi\omega\mu$  collegit.

### III.

## DE PROVIDENTIA.

Apud Philosophos, ut apud Ciceronem in secundo de Natura Deorum, & Platonem in Decimo de Legibus & alibi, quatuor sunt praeipuae Quaestiones de Deo.

- I. An sit Deus.
- II. Qualis sit.
- III. An hic Mundus Dei consilio conseruetur & administretur.
- IIII. An Deus curet genus humanum, et an flectatur hominum precibus ac sacrificijs.

D 2 Et si



Etsi autem multi furenter negant esse prouidentiam, tamen contra hanc Epicuræorum amentiam confirmat nos Deus testimonijs illustribus & immotis, non solum patefactionis & uerbi sui, sed etiam totius ordinis à se in pulcherrimo hoc Mundi opificio instituti, quod in hoc Capite describitur. Illustrissima enim Prouidentie testimonia sunt, uniuersum hoc theatrum totius naturæ rerum, ipsa mundi figura, cœlum, Sol fons lucis & caloris uitalis, Luna certis uicibus lumen à Sole recipiens, rati & immutabiles Solis, Lunæ & omnium astrorum cursus, & motuum leges certe ab hominibus Deo ducente peruestigatam Syrii, Arcturi, Orionis, & cæterarum Stellarum pulchritudo, numerus, & magnitudo, uices dierum ac noctium, uices temporum anni, ueris, æstatis, autumnii, hyemis ad utilitatem rerum nascentium accommodatæ, Terræ situs & fecunditas, omnes res terra nascentes, gemmæ, Metalla, plantæ, arbores, herbæ, flores, fructus, Mare, fontium & fluminum perennitas, pisces, Animantia, & in his tantuarietas, & specierum perpetuitas, propagatio & generationis modus, denique Homo ipse & in corpore humano singularum partium constructio, situs, coagmentatio, substantia, figuræ, qualitates, uires & actiones certis usibus destinatæ. Et in Mente Hominis naturales noticiæ de Deo, & discrimine honestorum & turpium, & iudicium conscientie in re recte & secus factis, Quæ omnia cum aspiciamus fateri cogimus



ri cogimur, ut in primo ἀπομνημονεύματι Xenophon ait, τὰυτὰ σοφὸς τις ὁ δὲ μὲν γὰρ καὶ οὐ  
 λογὸς τέχνημα εἶναι, id est, Hæc Sapientis Archi-  
 tecti & amantis Hominum opera esse.

Eruditissime autem hæc testimonia diuine pro-  
 uidentie in cælo & in terra, exponuntur à Cicero-  
 ne in Secundo libro de natura Deorum, Quem dili-  
 genter Studiosi legant, & meminerint hos Claudia-  
 ni uersus.

Hæc cum dispositi cernebam fœdera Mundi  
 Prescriptosq; mari fines, anniq; meatus,  
 Et lucis, noctisq; uices, tunc omnia rebar  
 Consilio firmata Dei, qui legi moueri  
 Sydera, qui fruges diuerso tempore nasci  
 Qui uariam Phœben alieno iusserit igne  
 Complexi, solemq; suo, porrexerit undis  
 Littora, tellurem medio librauerit axe &c.

### TEXTVS.

Sed iam Mosén audiamus θεὸς ὁ ἀριστὸς concio-  
 nantem de Deo & de Creatione & providentia  
 Dei erga nos.

In principio ) scilicet temporis & rerum, seu  
 primo die, cum adhuc nihil esset præter Deum &  
 illam immensam æternitatem, patefecit se Deus per  
 creationem Mundi.

Numerantur autem ab hoc principio conditi  
 D 3 Mundi,



Mundi, anni 5514. usq; ad hunc presentem annum à nato Christo 1552.

Creavit Deus) ברא אלהים Bara Elohim, creavit Dij. Plures persone creatrices in una singulari essentia diuina significantur.

Cœlum & Terram) Primo die condidit Deus ex nihilo rudem, impolitam, informem, & obscuram massam, quæ fuit materia cœli et terre, & omnium rerum cæterarum. Huic massæ eodem die lux addita est, quæ etiamsi non tam clara fuit quàm solis iubar, postea creatum, tamen ab ortu in occasum mota est, & discrimen diei ac noctis fecit. Hæc summa est operis primæ diei.

Quidam enarrant, Primo die conditum esse cœlum, id est, cœlum Empyreum seu cœlum cœlorum, habitationem Dei, Angelorum ac beatarum animarum. Et Terram, id est, materiam inferioris cœli & elementorum. Augustin. lib. 12. confessionum, cap. 20. quatuor huius primi uersus interpretationes pias, & inter eas hanc quoq; recenset. Sed communis Doctorum sententia est, primo die creatum esse cœlum & terram, materialiter non formaliter.

Terra erat inanis & uacua :) תהו ובהו Thohu Vabohu, erat rudis indigestaq; moles, uacua plantis, hominibus, & iumentis, nondum instructa et ornata.

Abyssus) Significat aquam profundam. Vt Aristophanes in Ranis, ἄβυσσος πᾶν ἄβυσσος. Inæ est uerbum



uerbum  $\epsilon\upsilon\alpha\sigma\omicron\delta\omicron\mu\epsilon\upsilon\alpha\pi$ , moliri aliquid profunde in animo, etiam insidiari. Homerus.  $\epsilon\omicron\delta\chi\alpha\gamma\omicron\epsilon\upsilon\omicron\nu\tau\epsilon\varsigma$ , κακα δὲ φρεσὶ  $\epsilon\upsilon\alpha\sigma\omicron\delta\omicron\mu\epsilon\upsilon\alpha\pi$ , id est, Hi bona dicebant, animis sed praua struebant. Psal. 36. Iudicia tua abyssus multa, id est, non possunt peruestigari.

Hoc loco fere Synonyma sunt, Abyssus, Aqua, Caelum, et significant molem illam aqueam, cui terra immersa erat, adhuc rudem, confusam, et tenebri-  
cosam, ex qua illustrata et digesta ac expolita, Caelum, Terra, Plantae et animantia condita sunt.

Faciem Abyssi) Facies in plerisque locis nihil addit ad significationem substantiui, cui additur, ut hic super faciem Abyssi, super faciem Aquarum, hoc est, super Abyssum, super aquas. Gen. 6. Repleta est terra in iniquitate a facie eorum.

Et Spiritus Domini fouebat aquas,

Illustre testimonium est de Spiritu sancto. Cum igitur Ecclesia his diebus doctrinam de persona et beneficijs Spiritus sancti publice proponat, recitabo breuem explicationem huius primi dicti de Spiritu sancto, quam spero studiosis profuturam esse.

Vocabuli SPIRITVS Octo fere significationes in Scriptura usitatae sunt.

I. Nomen Spiritus in genere significat agitationem, seu naturam agitantem, Nam uerbum  $\pi\upsilon\upsilon$  unde  $\pi\upsilon\upsilon$  deducitur, idem ualeat, quod agitare seu uentilare.

D 4, II, Signi-



II. Significat Ventum, Quia uentus est exhalatio agitata in aëre. Psalm. 103. Homo sicut secum, dies eius, tanquam flos agri sic effloreat, Quia spiritus adflabit illum, et non subsistet. Psalm. 1. Erit tanquam pulvis, quem dispergit Spiritus a facie terræ. Eccles. 11. Spiritus uia, quæ sit ignoras. Ioh. 3. Spiritus ubi uult spirat.

III. Vitam seu animam hominis communem cum bestiis. Nam anima est ζωδελεία, id est, Continua et perennis motio seu assidua agitatio. Et Spiritus uitalis sunt immediata sedes uitæ animalis, et inspiratione aëris aluntur. Psalm. 104. Auferes Spiritum eorum, et deficient. Psalm. 150. Omnis Spiritus laudet Dominum. Esai. 2. Cessate ab homine cuius spiritus in naribus est, hoc est, Non confidite humanis praesidijs, Nihil enim incertius est uita hominis, quæ subito efflari potest, Nam aëre ducto per nares spiritus uitalis alitur et refrigeratur.

IIII. Motus et affectus hominum creatos. Psalm. 32. Humiles spiritu saluabit. Psalm. 51. Sacrificium Domini Spiritus contribulatus. Esai. 66. Ad quem respiciam nisi ad contritum Spiritu. Proverb. 17. Spiritus tristis exccat ossa, hoc est, Tristitia paulatim absorbet hominem.

V. Doctrinam et dona Spiritus sancti. 1. Cor. 14. Spiritus Prophetarum Prophetis subijcitur, hoc est, enarrationes, dogmata, sententiæ Interpretum scripturæ, possunt mutari aut corrigi ab alijs peritionibus,



ribus, 1. Theff. 5. Spiritum ne extinguatis, id est, dona Spiritus sancti. 1. Ioh. 4. Non omni Spiritui credite, sed probate spiritus an ex Deo sint, id est, non omni dogmati credite, Omnis Spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex Deo est, hoc est, Omnis doctrina, quæ hoc unice spectat, ut doceat Iesum Christum Dei filium uenisse in carne, passum, mortuum, redemptorem nostrum & saluatorem unicuique esse, ea procul dubio uera est.

VI. Animam rationalem Hominis. Psal. 30. In manus tuas commendo Spiritum meum. Act. 7. Domine Iesu suscipe spiritum meum. 1. Cor. 2. Spiritus Hominis, qui est in Homine.

VII. Naturam incorpoream quamcumque, Luc. 24. Spiritus carnem & ossa non habet. Psal. 103. Qui facis Angelos tuos spiritus. Ioh. 4. Deus est Spiritus.

VIII. Significat SPIRITVM SANCTVM, qui est tertia persona diuinitatis, procedens à Patre & Filio, ὁμοούσιος & ὁμοῦσιος, hoc est, consubstantialis et coæterna Patri et Filio, quæ in prima conditione fouit et uiuificauit omnes res nascentes, et postea omnibus temporibus mittitur in corda hominum, ut per Euangelion in eis accendat lucem et ueram agnitionem Dei, et

D 5 fidem,



fidem, & sit Paracletus fouens, consolanus & uiuificans corda spiritali & æterna iusticia & uita. Vt enim in Homine Spiritus uitalis immediatum organum est uitæ animalis, impertiens uim exercendi actiones omnibus membris, Sic Spiritus Dei immediatum organum est uitæ spiritalis, efficiens ueram agnitionem Dei, timorem, fidem, dilectionem, fortitudinem in confessione, humilitatem & omnes uirtutes cum eo congruentes.

Quod autem Spiritus sanctus sit uerè & natura Deus, clarè testatur hæc ipsa narratio Moysi. Nam creare & impertire uitam creaturæ opus est proprium naturæ diuinæ & omnipotentis. Tribuitur autem Spiritui sancto creatio. Psal. 33. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum.

Et in huius capituli sententia, pro eo quod nos habemus, ferebatur, in Hebræo legitur מַעֲרָא מֵחֵפֶת Me-  
ra Hepheth, hoc est, fouebat uiuificans uitali calore, sicut auis incubans fouet oua, eisq; uitam & uigorem impertit. Sic etiam interpretatur Ieronymus. Et Basilius Syrum quendam huius Interpretationis testem citat. ὁ ἑπὶ φέρετο φκοῖν ὁ ζῆν ἔντῳ ἀντὶ τῆ συνέδαλπε καὶ ὁ ζωογόνος πλὴν τῶν ὑδάτων φύσιν καὶ πλὴν εἰκόνα ἐπαζῶσης ὀρνίθου καὶ ζῶοντων τίνων δύναμις ἐμείσθη τοῖς ὑποδαλπομένοις.



*prologus. Ex hac enarratione sumta est hæc dulcis  
precatio Philip: Melanth.*

*Spiritus ut Domini nascentia corpora fouit,*

*Cum manus artificis conderet ipsa Dei:*

*Sic foueat cœtus, qui Christi oracula discunt,*

*Accendatq; igni pectora nostra suo.*

### Fiat Lux.

*Mira & imperuestigabilis est natura Lucis,  
quam & corporibus cœlestibus, & nostris oculis ac  
mentibus Deus indidit. Etsi igitur non possumus di-  
cere aut penitus intelligere Quid sit lux, tamen uo-  
cabuli significationes diuersas, aliquomodo decla-  
rari, iunioribus prodest.*

*Primum autem in Scriptura LVX significat,  
cœli, Solis, Lunæ, stellarum, ignis, æris, aquæ, lumen,  
quod ostendit res cæteras, & oculis corporeis per-  
cipitur.*

*Deinde, In Oculis uelut flammula lucida est, de-  
riuada à luce cœlesti, quæ impertit oculis uim ui-  
dendi.*

*Tertio. Ut oculis res propositas aspiciamus et co-  
lorum discrimina dijudicamus, ita mentibus nostris  
diuinitus insita est lux, qua Deum agnoscimus, et di-  
scrimina honestorum & turpium cernimus, et ordi-  
nem, numerum, distinctionem, naturam & proprie-  
tates rerum à Deo conditarum quasi aspiciamus.  
Ideoq; uerbum Dei passim in scriptura uocatur lu-  
cerna,*



cerna, lumen, lychnus, quia in nostris mentibus accendit lucem uerae agnitionis essentiae & uoluntatis Dei, & tenebras ignorationis & dubitationum depellit.

Quarto. Filius Dei saepissime nominatur lux, primum quia est ἀπαύγασμα seu splendor lucis paternae, Ebr. 1.

Deinde, quia cum post lapsum lux mentibus humanis insita, densa & tetra caligine obscurata esset, missus est, ut per Euangelion nouam lucem recte agnoscentem Deum, & uitam aeternam in hominibus instauraret, ideo dicitur Iohan. 1. Erat lux illa lux uera, quae illuminat omnem hominem. Iohan. 8. Ego sum lux Mundi. Luc. 2. Lumen ad reuelationem gentium, hoc est, ad illuminandas gentes uera agnitione Dei.

Quinto. Deus est ipse lux quaedam admiranda, 1. Iohan. 1. Deus lux est. Iacobi 1. Descendens à Patre luminum, in quo non est obumbratio. 1. Timoth. 6. Habitans lucem inaccessibilem. Sunt & Angeli naturae lucidae, ut Psal. 103. dicitur. Et Chrysostomus inquit, δὲν τοῦ φωτός, μετὰ δὲ πρῶτον, ὃ ὅτι δὲ φῶς ἦν φῶτος λέγει ὁ ἄγγελος. Sed haec sublimiora mitto.

Sexto. Vsiatissimum uocabulum lucis in sacra Scriptura significat ueram noticiam Dei, consolationem, uitam, liberationem ex morte & calamitatibus,



tibus, & omnes res optimas. E contra tenebræ significant ignorantem Dei, peccatum, mortem, & tristissima mala, ut Esai. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, id est, totum genus humanum oppressum peccato, ira Dei, liberatur ex his malis per filium Dei.

Esai. 60. Surge illuminare Ierusalem.

Mich. 7. Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est, hoc est, in doloribus & ærumnis Deus me consolatur & sustentat.

2. Cor. 4. Deus Mundi huius excœcauit mentes incredulorum &c.

Hanc commonefactionem de uocabulo lucis spero Studiosis utiliore fore, quam coaceruationem plurimarum inutilium & curiosarum Questionum, quas multi in hoc loco cumularunt.

Consentaneum est hanc lucem primo die creatam ab ortu in occasum motam, aliquod discrimen diei & noctis fecisse, usq; ad quartum diem, quo Sol conditus est, qui inferiorem hanc mundi machinam illustrauit, & lucem primo die conditam auxit.

Vespere & mane dies unus) Iudei initium diei capiunt à uespere. Hinc intelligi potest, quomodo Christus uno & eodem die Pascatis, & celebrauerit Pascha Iudaicum uespere, & ipse uerum pascha in ara crucis immolatus sit, hora diei artificialis sexta.

Astro-



Astrologi à meridie inchoant diem.

Christiani à media nocte.

Itali & Silesij horas diei etiam à uespera numerare incipiunt.

Initium anni apud Iudeos ab æquinoctio uerno. Apud nos à Solstitio hyberno. Apud Græcos à Solstitio æstiuo sumitur.

Vnus:) Id est, Primus. Marci 16. Vna Sabbatorum ueniunt ad monumentum, id est, prima die septimane.

1. Corinth. 16. Vna sabbatorum fiat collectio, id est, die Dominico, qui est primus dies post Sabbatum.

Act. 20. Vna sabbatorum conueniebant Discipuli ad distribuendam Cœnam Domini.

## SECVNDVS

Dies.

### Fiat Firmamentum.

Firmamentum nominat totam ætheream regionem & omnes Sphæras quæ ab Astronomis distribuuntur, uidelicet primum mobile, firmamentum seu sphaeram Stellarum fixarum. H. ♄. ♀. ☉. ☿. ☽. ☿. Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ.

Hi septem orbes Planetarum & octauus Stellarum

rum



rum fixarum, præter diurnum motum, quo ab ortu in occasum quotidie semel circum terram circumaguntur, habent etiam alium proprium motum priori contrarium, quo super polis Zodiaci, contra motum primi mobilis, ab occasu uersus ortum leniter contrahuntur, ac quo longius à primo mobili ab sunt, eo celerius proprio motu ab occasu uersus ortum progrediuntur, Vt Luna 27 diebus et octo horis semel Zodiacum ab occasu uersus ortum peragrat. Sol, Venus, Mercurius, annuo spacio eundem cursum conficiunt, Mars uno anno, 321 diebus. Iupiter 11 annis, 312 diebus. Saturnus 29 annis, 155 diebus.

Vt autem amplitudo sapientie ac bonitatis diuine, in fabricando hoc immenso & mirando cœli opificio, & ordinandis motuum immotis legibus, aliquo modo aspici possit, tota doctrina Astronomica huc referenda est, quæ figuras, magnitudines ac interualla cœlestium corporum, constantes ac fixos in tanta uarietate Syderum cursus, & ex his pendentes temporum distinctiones, stellarum uires, & efficaciam in cienda hac inferiori natura demonstrat.

Interualla & amplitudines cœlestium orbium, ut ab Astronomis traduntur, ex hac Tabella sumi possunt.

Semi-



Semidiameter maximi circuli in Orbe.	☾	habet Semi- diametros Terra	$18\frac{11}{12}$
	♂		$116\frac{1}{2}$
	♀		$64\frac{1}{4}$
	☉		$1165\frac{5}{12}$
	♂		$5032\frac{1}{12}$
	♂		$11611\frac{1}{2}$
	♂		$17225\frac{1}{4}$
	stellar: fixarū.		$20081\frac{1}{2}$

Continet autem unus Semidiameter Terræ mil-  
liaria Germanica 860.

De inde ipsorum corporum seu Planetarum ma-  
gnitudines, ex proportione suorum dimetientium ad  
dimetientem terræ colligi possunt. Nam proportio-  
nes corporum sunt triplicate suorum dimetientium,  
Triplicantur autem proportionales per multiplica-  
tionem cubicam Terminorum. Vt dimetiens Satur-  
ni habet se ad dimetientem.

Terræ, sicut 9. ad 2.

Iouis, sicut 32. ad 7.

Martis, sicut 7. ad 6.

Solis



Solis, sicut 11. ad 2. & c.

Est igitur Saturnus maior terra 91.

Iupiter excedit terram 95.

Solis magnitudo superat terram 166.

Luna est una quadragesima pars Terræ.

Ac corporum Solis, Terræ & Lune proportionibus illustri demonstratione peruestigat Ptolemæus libro Quinto Almagesti, ubi de Canone Parallaxium condendo agit. Ab hoc artifice plura de certissimis & constantissimis, in magna uarietate corporum cœlestium, motibus, ad Secundi diei opus illustrandum, studiosi petant. Nunc Vocabula quædam declarabo.

Firmamentum) רקיע Rakia apud Ebreos expansum quiddam, seu extensum significat. Vt enim in castris tentoria expanduntur, quæ tegunt milites, uel ut Vesica extenditur, inflato aëre, ita uerbo Dei aqua in hanc cœli formam extensa est, ut dicitur, Psalms 103. Qui extendis cœlos tuos quasi tentorium. Zach. 12. Dixit Dominus extendens cœlos. Iob 9. Ierem. 51. 1. Pet. 3. Cœlum & terra ex aqua & per aquam uerbo Dei constituta sunt. Ideoque Cœlum Ebreis ab aqua nomen habet.

שמים Schamaim, hoc est, ibi aquæ.

Græcis οὐρανός dicitur ὅτι τὸ ἄνω ὁρατόν. Nā Deus

Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere

luserit, & erectos ad sidera tollere uultus. Alij

οὐρανὸν dici putant, quod sit ἡ ἄνω ὁσος.

E Vocatur



Vocatur Olympus quasi ὀλολαμπής, Quia est lucidum corpus. Et aether dicitur ab αἴθερ flagro, splendo, seu ut Aristoteles scribit, ἀπὸ τοῦ αἰεὶ θῆναι, à perpetuitate motus.

De Aquis supra Caelos, quales sint, & ad quid utiles, nouit ipse, qui condidit, ut Bedæ uerbis utar. Esse tamen aquas supra cœlos, & ex hac Moysi narratione, & ex Psalmo 103. perspicuum est.

Finxerunt autem aliqui Aquas ideo supra cœlum collocatas esse, ut postea fenestris cœli apertis decidentes, Mundum Diluuiο obruerent, aut ut motuum cœlestium ardorem rigent. Sed hæc incerta relinquamus, nec tamen allegorias comminiscamur, Sed ut hoc loco Basilii ait, ὁ ὕδωρ, ὁ ὕδωρ νοῦσται μὲν.

Obseruetur autem multiplex significatio Vocabuli cœlorum. Primum enim Cœlum in scriptura regionem Mundi ætheream seu orbis cœlestes significat. Deinde ærem. 2. Reg. 8. Si clausum fuerit cœlum & non pluerit. Tertio, Habitationem Dei & beatarum animarum. Quarto, Conspectum Dei & iusticiam, gaudium, uitam æternam, & omnia beneficia, quæ Deus propter Christum pijs donat, Marc. 10.

## TERTIUS DIES.

### Terra & Plantæ.

Stoicorum dictum à Cicerone laudatur, Omnes res



res ceteras ad utilitatem hominum esse conditas, Hominem autem ortum esse, ut Deum agnoscat & imitetur. Priusquam igitur Deus hominem fabricet, pulcherrimum domicilium ædificat, in quod hominem collocaturus est, ac secundo die Tectum eius domicilij miranda arte & pulchritudine ornatum extruxit, Nunc tertio die primum ædificij fundamentum ponit.

Conferatur autem ad huius diei opus illustrandum Psalmus 103. qui totus est Gratiarum actio pro creatione. Qui fundasti Terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus (Mare) sicut uestimentum amictus eius (Terræ) super montes stabunt aquæ, Qui emittis fontes ex conuallibus, rigans montes de superioribus eius, de pluuia satiabitur terra &c.

De Terræ situ, figura, immobilitate & magnitudine, ex Sphæricis elementis & Physica discendum est. Pueri hos Versus meminerint.

Terra pile similis, nullo fulcimine nixa,

Ære sublimi tam graue pendet onus.

Cum te pendenti reputas insistere Terræ,

Nonne uel hinc clarè conspicias esse Deum.

Ambitus maximi circuli in globo Terreno est milliarium Germanicorum 5400.

Diameter Terræ est milliarium 1718.

Conferatur autem ad hanc partem operis tertij diei illustrandam tota doctrina de Terra, de diuer-

sis teræ



sis terræ regionibus, quarum aliæ fecunditate, aliæ amœnitate, aliæ splendore urbium, aliæ alijs donis antecellunt, de metallis, quæ eruuntur ex terra, uide licet, Auro, Argento, Ære, Ferro, Stanno, Plumbo, Orichalco, de lapidibus, de marmoribus, magnete, Pyritis, de lateribus, de Gemmis, Adamante, Achate, Smaragdo, Beryllo, Ametisto, Hyacintho, &c. de Calce, de Sale, de Stagnis, de Fluminibus, de Fontibus, de Thermis &c.

Germinet Terra Herbam uirentem.) Vt fecit, priusquam nascatur, præparat Deus uictum in uberibus matris: ita priusquam homines conderet, Terram plantis instruxit, ut esset Penu ex quo Homines alimenta necessaria depromerent.

Sunt autem in hac parte operis tertij diei, plurima prouidentie diuinæ testimonia illustria.

1. Conseruatio uniuersalis & perpetuus ordo & propagatio specierum, Distinctarum in singulis plantis, & quod ex similibus similia gignuntur, ut ex tritico triticum, ex ceraso cerasus, non olea, ἐκ τοῦ πυρρὸς πυρρὸς ἀλλὰ μὴ ἐλαία, ut in Secundo de Generatione Aristoteles inquit.

2. Modus propagationis seu generationis plantarum, uidelicet, quod ex radice uel granulo in terram coniecto, & putrefacto, eiusdem speciei plantæ nascuntur, & cum terra gremio mollito atq; subactō semen sparsum accepit, primum id occatum cohibet, deinde tepesfactum uapore & complexu suo diffundit.



diffundit & elicit herbescentem ex eo uiriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato fundit frugem Spicæ ordine stru-  
ctam &c. ut in Catone Ciceronis dicitur.

Estq; hæc ipsa frugum generatio illustris imago resurrectionis nostrorum corporum. Vt enim Semina humo condita non gignunt fruges, nisi prius putrefacta & corrupta, sic corpora nostra non resuscitantur, nec glorificantur, nisi prius sepulta in terra, & quoquo modo consumpta sint, 1. Corinth. 15. & Iohan. 12.

3. Varietas prope infinita arborum, fructuum, herbarum, frugum, panis, fructuum, florum, leguminum, olerum, succorum, liquorum, & ceterorum terra nascentium, quarum nomina & descriptiones peti possunt ex Theophrasto, Plinio, Dioscoride, Ruellio, & alijs qui stirpium historiam scripserunt. Pueri hoc Stigelij distichon meminerint.

Et mihi planta suis nomen demonstrat ab Herbis,

Præsentemq; refert qualibet herba Deum.

4. Vires mirandæ & arcane, singulis terra nascentibus ad uarios morbos depellendos inditæ.

5. Fœcundatio terræ, quæ luminum cœlestium uiribus alias fœcundo calore tepefit, alias rigatur, alias arefcit, alias astricta gelu quiescit, Et ortus ac occasus Syderum ad ciendas singulis anni temporibus tempestates, rebus nascentibus conuenientes, ordinati sunt.

E 3 6. Cunctæ



6. Cunctæ res terra nascentes, ad animantium  
 & præcipue hominum uictum & alias utilitates  
 destinatæ sunt.

## QVARTVS

Dies.

### Fiant Luminaria.

Quarto die Cœlum expolitur Sole, Luna, &  
 Stellis, Horum pulcherrimorum luminum utilitates  
 quatuor Moses recenset.

I. Faciunt discrimina diei & noctis, ut sit inter-  
 uallum laboris & quietis, sicut Psalm. 102. dicitur,  
 Ortus est Sol, exibat homo ad opus suum, & ad la-  
 borem suum usq; ad uesperam. Et congruit Cicero-  
 nis dictum. Diei noctisq; uicissitudo conseruat ani-  
 mantes, tribuens aliud agendi tempus, aliud quies-  
 cendi. Hunc ordinem temporum à Deo & natura  
 præscriptum confundere, multum & moribus &  
 ualetudini obest.

II. Præbent lucem toti rerum naturæ & præci-  
 pue hominibus.

III. Sunt Signa.

1. Prouidentia Dei. Nullum enim illustrius testi-  
 monium est, conuincens nos, Mundum ab aliqua men-  
 te sapiente & ortum esse, & conseruari, quam aspe-  
 ctio



Ratio & consideratio naturæ, luminis, efficacie & mirandorum motuum, qui Soli, Lunæ, & ceteris Planetis ac Stellis fixis diuinitus attributi sunt. Ideo uere inquit Plato in Timeo, Oculos eam ob causam præcipue hominibus datos esse, ut conspectis Syderibus & certissimis Syderum motibus, duces essent ad agnitionem Dei. Et in Epinomide ait, Gratiam de Deo famam in astris & doctrina astrorum sparsa esse. Quæ sententia hoc uenustissimo disticho expressa est.

ἄστυα μὲν αὐτὰ πέλα θεῶν σήμειά τε προνοίας  
μᾶλλον δ' ἢ ἄστρον δεωσιὶν διδάχῃ.

Astra quidem sunt ipsa Dei certissima signa,  
At doctrina Deum certius ista docet.

Plurima etiam uestigia diuinitatis & imagines Christi, & ac Ecclesiæ in Solis & Lunæ corporibus proposita sunt. Vt enim in Sole sunt lumen ἀπασ-  
γασμος & calor, ita in una essentia diuina tres personæ inter se distinctæ & tamen ὁμοῦσι sunt. Item, ut Sol lucem suam impertit Lunæ & omnibus Stellis, ita filius Dei est lux uera, illuminans omnem hominem uenientem in Mundum. Item, ut Sol in perigeo cum longissime uidetur à uertice nostro abesse, tamen terræ proximus est, ita Christus in ærum-  
nis cum plane nos deseruisse uidetur, nobis proxime adest, & opem ac salutem optatam adfert.

E 1 .Sunt



2. Sunt signa pluviarum seu tempestatum, quæ certorum Syderum ortibus & occasibus efficiuntur: Vt in elegantissimo Stigelij Carmine dicitur.

Ergo ubi nocturno rorantem Pleiada lapsu  
Arduus ad ueris tempora cardo tenet,  
Observans timidus pendentem rusticus imbrem,  
Sit bonus hic teneris frugibus imber ait:  
Occidit eous Maia comitatus Orion,  
Et sata cœlesti condita spargit aqua.  
Afflat anhelantem maturis frugibus æstum,  
Pressa licet uentis mollibus orta canis.

Huc etiam prognostica, quæ à Sole & Luna sumuntur, referenda sunt.

3. Iræ Dei & impendentium poenarum, quas prædicit Deus Eclipsibus & Planetarum insignibus coniunctionibus uel oppositionibus, Luc. 21. Erunt signa in Sole & Luna, & Stellis.

4. Morum in communi uita, ut apud Plutarchum pag. 465. Moralium dicitur, Quemadmodum Sol, cum altissimus est, tardissime mouetur, sic principes in maximis successibus, in summum fastigium euecti, sint modestiores & cunctantiores.

Basiliius inquit, Lunæ luminum uarietatem significare, quod nihil in rebus humanis stabile sit.

Lusus fortune, uariatur imagine Lunæ

Crescit, decrescit, constans consistere nescit.

IIII. Stata uices temporum Anni, & festorum  
& spæ



et spacia dierum, mensium, annorum, beneficio motuum Solis et Lune animaduersa et distributa sunt. Ac temporum distinctio nobis in Ecclesia precipue necessaria est, ut initia mundi, exordia religionum, seriem diuinarum patefactionum, collectae et instauratae Ecclesiae, ordinem imperiorum scire possimus, Cum autem sine obseruatione cursus et interuallis ac spacijs motuum Solis et Lune, anni, mensium, et dierum metae cerni nequeant: sciamus mandato diuino nobis hic praecipere, ut doctrinam Astronomicam considerantem Solis ac Lune et ceterorum Syderum motus, magnitudinem, distantiam, efficaciam, summo studio excolamus.

Obseruent autem hic studiosi uocabulorum significationes. Hebraea dictio רע"ב non tanquam quatuor anni tempora uer, aetatem, autumnum, hyemem, aut mensuram motus, more Physico denotat, sed phrasi Scripturae etiam dies festos significat, quibus homines ad cultum diuinum conuenire solent, à רע"ב et רע"ב quod etiam conuenire et congregari significat. Ac ut Iudaeorum festa legitime celebrarentur aliqua motuum obseruatione, et certa anni ratione opus fuit. Nam Pascha 14 die primi mensis Lunaris Synodici seruandum erat. Considerandus igitur fuit Lune cursus, initium anni, ingressus Solis in Arietem, et coniunctio Solis et Lune, quae equinoctio uerno proxima erat, à qua dies quatuordecim numerandi erant usque ad festum Paschae et c.

E S DIES



**DIES** significat spacium temporis, quo Sol motu primī Mobilis ab ortu uersus occasum semel circa terram reuoluitur. Estq; 24. horarum, & 4. minutorum.

**ANNVS** est tempus, quo Sol motu proprio, ab occasu uersus ortum semel totum Zodiacū peragrat. Estq; dierum 395. horarum 5. min. 49.

**MENSIS LUNARIS SYNODICVS**, est Tempus ab una coniunctione Solis & Lunæ ad proxime sequentem, & continet dies 29. horas. 12.

**MENSIS LUNARIS PERIODICVS** est Tempus, quo Luna motu proprio ab occasu uersus ortum semel totum Zodiacum peragrat, quod fit diebus 27. horis 8.

**MENSIS SOLARIS** est Tempus, quo Sol motu proprio conficit unum signum Zodiaci, uidelicet dies 30. horæ 10.

*Vsi sunt autem Iudæi mensibus lunaribus Synodicis, quorum duodecim efficiunt dies 354. His addiderunt undecim dies Epactas, ut cum Solis motu congruerent,*



gruerent, ut ex historia Nohe animaduerti potest.

Nostri menses in Calendarijs nunc usitatis, nec ad Lune, nec ad Solis motum congruunt, Sed ita distributi sunt à Iulio Cesare & ad ciuiles usus accommodati, ut Anni quantitas constaret certa & inuariabilis.

Sed integra descriptio Anni, diuersorum mensium, dierum, Aurei numeri & c. ex libellis Sphæricis, Theoricis & Computo sumatur.

Luminaria magna: ) Scilicet qualitate luminis, non quantitate magnitudinis, de qua Ptolemæus libro Quinto differit, qui docet proportionem Diametri Solis ad Diametrum Terræ esse, sicut 11. ad 2. Hinc proportio corporum colligitur terminis cubice multiplicatis, sicut 166. ad 1.

Proportio Diametri Terræ ad Diametrum Lunæ eodem loco à Ptolemæo demonstratur, esse sicut 17. ad 5. Est igitur Luna una quadragesima pars Terræ.

Intueantur autem Stodiosi, non modo Solem & Lunam, sed etiam cæteros Planetas, Iouem, Saturnū, Martem, Venerem, quæ cum præcedit ortum Solis, Lucifer, cum sequitur obitum Solis, Hesperus uocatur. Et aspiciant etiam stellas fixas, & discant nomina & positus aliquarum quæ sunt insignes.

Ac in Biblijs Amos. 5. & Iob 9. 37. 38. nominantur Pleiades, Arcturus, Orion, Hyades.

Astronomi ueteres 1022 stellas obseruarunt. easque in quæ



in quadraginta octo Imagines conformarunt, Quas  
Asterismos nominant.

In Zodiaco duodecim signa.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.

Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pi-  
sces.

In Arctoa parte cœli 21. in Notia 15. numerantur.

Maximæ autem illustres stellæ sunt, quas prima  
Magnitudinis Astronomi uocant, Sirius, Arcturus,  
Cor Leonis, Spica Virginis, Oculus Tauri, Lyra, Ca-  
pella, Dexter Humerus Orionis, Procyon, &c.

De Ortibus & Occasibus Stellarum libellos spha-  
ricos, & Plinium lib. 18. à cap. 25. usque ad 31. Studio  
si legant.

## QVINTVS Dies.

### Piscium & Auium Creatio.

Quinto die Pisces & Aues ex aquis conduntur.  
Vbi PRIMVM consideretur testimonium omni-  
potentiæ diuinæ, quod ex una eademque materia, ui-  
delicet Aqua diuersissimorum animantium natura  
fabricate sunt, ita ut Pisces tantum in aqua labili  
natent, Aues autem pleraque in aqua stabili seu aëre  
tantum uiuere possint.

SECUNDO. Varia genera, adpellationes, na-  
tura, *συμπάδια & ἀντιπάδια* & integræ des-  
criptio



scriptiones piscium ac auium, ad huius diei opus illustrandum, ex Plinij lib. 9. 10. 31. 32. & ex Aristotelis libris de generatione, de partibus, & historia animalium transferantur.

Precipue autem admiratione digna sunt Simulacra uirtutum & uitiorum, quæ Deus sparsit in animantia, ut nos ad uirtutem inuitarent, et à uitijs dehortarentur.

Apum prudentia, castitas, obedientia erga Regem, sedulitas, labor, frugalitas, à Plinio lib. 11. ab Aristotele lib. 9. Historiæ Animalium, & à Virgilio lib. 4. Georg. celebrantur.

Ciconiæ Parentes senio confectos alunt & gestant, unde est uerbum ἀντιπελαργῆρ. Dicuntur & iura Coniugij seruare & adulteros rostris necare.

Columbarum etiam pudicia celebris est, Seruant enim coniugij fidem inuiolatam, nec rumpunt fœdus, nisi alter uiduus aut uidua fiat, seruant communem domum, sunt fœcundæ, Ideo uetustas finxit eas trahere currum Veneris.

Halcyon & Ceyx uerum & syncerum amorem mutuum, qualis inter Maritum & Coniugem esse debet, adumbrant.

Lucinæ sunt Musicæ.

Anserum uigilantia prædicatur.

Pauo superbiæ & humilitatis imaginem refert, exponit gemmantes colores caudæ, & seipsum spectat



stat ac ostentat spectantibus, sed cum pedes deformes intuetur, statim demittit pennas.

Cuculi ingratitude nota est.

Corui sunt ἄσopροι, deserunt pullos implumes, quibus fame pereundum esset, nisi Deus ita ordinasset, ut ex carnibus cadauerum in nidos congestis, & ex stercore uermiculi nascerentur, quibus tantisper pulli alantur, donec adolescant. Ex hac historia natura Coruorum intelligi potest, cur in Gratiarum actione ad Mensam hic Versus Psal. 146. recitatur. Qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum inuocantibus eum.

Passerum salacitas omnibus nota est, Cum autem hanc uilem auem, quæ propter salacitatem non extendit uitam ultra biennium, curet & seruet Deus, quanto magis nos seruabit, Matt. 10. Sic multis Christi & Prophetarum concionibus lucem adfert consideratio naturæ animantium, quorum creatio in hoc capite describitur.

TERTIO. Vocabulorum significationes obseruentur.

Reptile animæ uiuentis: id est, reptilia uiuentia, id est, pisces maris & fluminum. Reptilia enim uocant Ebræi animantia quæcunq; pedibus carent.

Cete grandia: Vox Ebræa Thannim proprie significat animalia illa oblonga, quæ præ se ferunt formam Serpentis. Hic tamen accipitur pro animalibus



libus aquatilibus immensa magnitudinis. Et doctrina  
providentiae traditur, Cum Deus ingentia illa mon-  
stra marina nutriet: multo magis nostra corpora  
multo minora & ipsi cariora alet.

κῦτος κῦτος, in plurali κῦτα latine Balenas si-  
gnificat, quarum monstruosam magnitudinem aliqui  
uestrum ex duabus costis, quas Viteberge in Tem-  
plo Arcis sitas uiderunt, aestimari possunt.

Omniem animam uiuentem, id est, Omnia anima-  
lia uiuentia.

Benedixitq; illis: id est, fecunda reddidit, ut  
experientia comprobat singularem piscium & auis-  
um fecunditatem esse. Significat autem uox Bene-  
dicere alias Gratias agere seu laudare, ut Psalmo  
102. Benedic anima mea Domino. Luc. 1. Benedictus  
Dominus Deus Israel: alias, bona precari, ut Iacob  
benedicit filiis: alias benefacere, ut cum Deus bene-  
dicit, Nam Dei dicere est facere. Alias significat  
remissionem peccatorum, gratiam Dei & omnia be-  
neficia, quae Deus propter Filium credentibus ex-  
hibet, ut in promissione tradita Abrahae: In Semine  
tuo benedicentur omnes Gentes, Quam Paulus Ga-  
lat. 3. enarrat.

De Auium generatione, Ovis Incubatione, for-  
matione & exclusionem pullorum legent Studiosi  
Aristotelem lib. 6. Historiae animalium ab initio  
usq;



usq; ad cap. 10. Et Plinium lib. 10. cap. 52. 53. Et Albertum lib. 16. Tractatu primo.

De Piscium & aquatiliu foetura & prolificacione legatur Aristoteles lib. 6. Historie Animalium cap. 10. 11. 12. 13. & c. Et lib. 5. cap. 5. 6. 7. 10. 11. 12.

## SEXTVS DIES.

### Animalia Terrestria & Homo.

Animam uiuentem:) Synecdoche & Enallage numeri, Animam uiuentem, id est, Animalia uiuentia, In genere suo, id est, uaria genera animalium.

Partitur autem ea in tres Classes. Iumenta. **בהמה** Behema quæ nos in operibus domesticis in arando aut rebus transuehendis iuuant, ut boues, equi.

Reptilia sunt humi repentia, ut serpentes.

Bestie terre sunt ferae, ut Leones, Vrsi & c. de quorum animalium formis, appellationibus, naturis, doctrina ex Plinio, Aristotele, Alberto, Basilio & alijs huc referatur.

Faciamus Hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Amplissima sapientia, quæ penitus exhauriri non potest,



potest, in hoc breui dicto, quod describit hominis conditionem, continetur. Primum autem dicamus de Imagine Dei in Homine.

## DE IMAGINE Dei in Homine.

Proxima imago aeterni Patris est Filius, qui effigies seu character substantiæ Patris dicitur. Estq; talis similitudo imaginis in Filio & Archetypo, ut eadem sit utriusq; substantia, diuinitas, gloria, et maiestas. Deinde & humana natura ad totius diuinitatis imaginem condita est.

Ac fuit hæc IMAGO non solum essentia mentis & uoluntatis, nec tantum relatio, seu acceptatio humani generis coram Deo, Sed etiam qualitas secundæ speciei, hoc est, rectitudo & excellens præstantia omnium uirium hominis, mentis, uoluntatis & cordis, congruens cum archetypo, seu mente diuina.

Et fuit in mente lux, id est, illustris noticia Dei, & firma assensio sine ulla dubitatione, de Deo, de prouidentia, de

F pro



promissionibus & comminationibus diuinis.

In uoluntate fuit conuersio ad Deum, id est, obedientia uniuersalis, complectens ardentem dilectionem Dei & omnes uirtutes excitatas & flagrantes, & directas ad hunc finem, ut Archetypus innotesceret & celebraretur.

Postremo Cor et omnes adfectus & adpetitiones, menti et uoluntati obtemperabant, nec ulla in re ab eis dissentiebant. Ideoque Cor expers omnis paucoris ac tristitiæ, in perpetuo & ardentissimo gaudio Spiritus sanctus uiuebat. Hæc descriptio Imaginis Dei ex Pauli testimonijs coaceruata est.

Coloss. 3. Induite nouum hominem, qui renouatur ad agnitionem iuxta imaginem conditoris.

Ephes. 4. Renouamini Spiritu mentis uestre, & induite nouum hominem, qui ad imaginem Dei creatus est, in Iusticia & sanctitate uera.

2. Cor. 4. Nos autem omnes resecta facie splendorem Domini intuentes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.

Ethnici quoque, uel ex doctrina sanctorum Patrum



trum, uel naturali luce intellexerunt, Hominem esse  
Imaginem Dei, & dignæ memoria sunt sententiæ Ma-  
nili lib. 4.

Exemplumq; Dei quisq; est in imagine parua.

Et Sibyllæ uersus citatur à Lactantio lib. 2. cap. 11.

Εἰκὼν ἐστὶ ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

Mens Hominis ratione ualens & sedula cultrix  
Iusticiæ, iusti dulcis imago Dei est.

Et Pselli dictum ab Eugubino citatur. ὁ πικτὴς  
ἡγὼ πατὴρ τοῦ κόσμου σύμβολα ἐγκατέσπειρε  
ταῖς ψυχαῖς τῆς ἐαυτοῦ ιδιότητος, id est, Archi-  
tectus & autor Mundi sparsit in animas hominum  
indicia suæ diuinitatis.

Proclus. ὁ ἐν ἡμῖν Νῦς, ἢ πρῶτος Νῦς εἰκὼν. Id est.  
Nostra mens est imago primæ Mentis s. diuinæ.

Hæ sententiæ quanquam dulces sunt & ueræ, ta-  
men descriptio Imaginis Dei ex testimonijs uerbi di-  
uini sumenda est.

Vt autem amplitudo sapientiæ, quam continet  
doctrina de Imagine Dei, aliquo modo aspici possit,  
breuiter eam in Decem Locos distributam euolu-  
mus.

PRIMO. Vocabulum relatiuum est. Nam Ima-  
go significat similitudinem essentiæ uel qualitatum  
congruentium, ut cum Antiocheni deprecantes poe-  
nam ob euersam Flacillæ coniugis Theodosij statuā  
dicunt, Non debere Imperatorem ob uiolatam mor-

F 2 tus



tuae coniugis imaginem, tot uiuas Dei imagines uiolare: Fundamentum Imaginis est statua aenea, Terminus est similitudo lineamentorum faciei & totius figurae corporis representans Flacillam.

Imaginis in speculo, fundamentum est ille intuens, à quo transmittuntur radij seu species, Terminus est similitudo illa figurae & colorum, quae conspicitur.

Sic Imaginis DEI in homine Fundamentum est Deus ipse, spargens radios suae lucis, sapientiae et iustitiae in nostras animas. Terminus est similitudo seu congruentia earum rerum, quae Deo & nobis communes sunt, uidelicet Mentis, & sapientiae firmiter agnoscentis Deum, & discernentis honesta & turpia, uoluntatis liberae, & iustitiae, beneficentiae, castitatis congruentis cum ipso Deo, & letitiae ac uitae perpetuae.

SECVNDO. Definitionem Imaginis Dei antea recitauimus exstructam ex testimonijs Pauli, quae opponenda sunt ijs, qui dictum Genesis de corporea imagine interpretantur, atque contendunt hominem eo tantum Imaginem Dei esse, quod ipsius corpus ad similitudinem & Ideam corporis, quod filius Dei assumpturus erat, fabricatum sit.

Tertullianus etsi in libro de Resurrectione Carnis disertè affirmat, Carnem Hominis ad imaginem Dei, manu Dei structam esse, tamen lib. 2. contra Marcionem sibi ipsi contradicit. Neque enim facie & corpore



poralibus lineis tam uarijs in genere humano ad uniformem Deum expressus est, sed in ea substantia, quam ab ipso Deo traxit, id est, Anima, ad formam Dei spondentis, & arbitrij sui libertate & potestate signatus est.

Irenæus etiam lib. 5. pag. 298. Non solam animam sed carnem quoq; unitam animæ, esse imaginem & templum Dei disputat.

Sed Augustinus plus quam tricies disertè affirmat, Non secundum formam corporis hominem factum esse ad imaginem Dei, sed secundum rationalem mentem.

Et lib. 9. 10. 12. 14. 15. de Trinitate, Imaginem Dei ad ipsas potentias seu uires animæ accommodat, ac dictum ex lib. 9. supra recitauit.

Libro 14. cap. 8. & alibi hac explicatione utitur. In Mente Hominis, etiam antequam sit participes Dei, Dei imago reperitur. Etsi enim amissa Dei participatione deformis sit, imago Dei tamen permanet. Iam ergo in ea trinitatem, quæ Deus est, inquiramus, Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se. Hoc si cernimus, cernimus Trinitatem, nondum quidem Deum, sed Imaginem Dei. Hinc enim quedam apparet Trinitas Memoria, Intelligentiæ & Amoris.

Hæc ergo tria potissimum tractemus Memoriam, Intelligentiam, Voluntatem & c. Mens memorans seu cogitans sese significat Patrem. Intelligentia sui,

F 3 seu



seu cogitatio, quæ est imago rei cogitata, significat  
Filium, Voluntas Spiritum sanctum.

Hæc explicatio subtilior quanquam uera est, ta-  
men tutissime sequemur Paulum interpretem, qui  
Imaginem Dei nominat similitudinem seu congru-  
entiam omnium uirium cum ipso Deo, seu Lege Dei,  
Videlicet in mente ueram, illustrem et claram agni-  
tionem Dei conditoris. In uoluntate & corde iusti-  
ciam & sanctitatem ueram, quæ causa est uite &  
leticiæ æternæ.

TERTIO. Doctrina de Imagine Dei monet,  
Quare Deus condiderit Hominem, uidelicet, ut De-  
um agnoscat, & congruat ad normam diuinæ lucis,  
sapientiæ & iusticiæ, quam nature humanæ Deus  
inseuit. Prima igitur & summa Hominis cura sit,  
ὁμοιωθῆναι θεῷ καὶ ὁσὸν δὲ υἱατορ ἀνθρώπων, ut  
Deum Opificem monstret, & Dei gloriam illustret,  
ut 1. Corinth. 10. dicitur, Omnia ad gloriam Dei fa-  
cite. Et dulcissimus est Versus Antonij cuiusdam Mo-  
nachi.

Ἀρχὴν ἔκαστων καὶ τέλος πρὸς θεόν.

Principium & finem in omnibus facito Deum.

QUARTO. Maxime illustre testimonium est,  
Quod sit Deus. Impossibile enim est mentem & insti-  
tas menti noticias, numeros, lumen discernens hone-  
sta & turpia, libertatem uoluntatis, iudicium consci-  
entiæ, leticiam in recte factis & c. casu existere, Ne-  
cesse est



cesse est igitur esse Deum Mentem sapientem, bonam, iustam, liberam, iudicem &c.

QVINTO. Docet Qualis sit, uidelicet Essentia intelligens, bona, discernens iusta & iniusta, libera, uindex scelerum, approbatrix iusticie, Fons leticie & uite eterne.

SEXTO. Monet Qualis conditus sit Homo, uidelicet, ut esset Deo similis, ut in eo fulgeret Mens clare agnoscens essentiam & uoluntatem Dei, sine ullis dubitationibus & erroribus, ac ut in mente luaceret sine ulla caligine sapientia discernens honesta & turpia, tanquam norma omnium actionum. Deinde ut haberet uoluntatem liberam, non impeditam, habentem rectitudinem ac iusticiam congruentem cum Deo, plenam fiducia & leticia in Deo, & regentem inferiores uires, sine earum contumacia, expertem omnis peccati & mortis, omnis tristitie & doloris.

Cum autem illustribus uerborum & sententiarum luminibus, Imago Vitæ & primorum Parentum, qualis ante lapsum fuit: in Oratione quadam Iusti Iona de studijs Theologicis expressa sit: hortor Studiosos ut eam legant. Etsi enim hæc felicitas post lapsum plane amissa est, tamen prodest eam illustrari, ut magnitudo peccati, quo deformata est in nobis imago Dei, consideretur, ac maiori desiderio queratur filius Dei, qui est proxima & substantia

E 4 lis Imā



lis Imago æterni Patris, & ideo uenit, ut destruat opera Diaboli, & imaginem Dei in nobis instauret.

SEPTIMO. Monet de uero & ardenti amore Dei erga genus humanum, in quod rerum, quæ in ipso summæ & optimæ sunt, uidelicet mentis, sapientia, libertatis, iusticiæ, & sanctitatis similitudinem transfudit.

OCTAVO. Deformatio imaginis, facta lapsu primorum Parentum, & carnali propagatione in nos omnes deriuata, consideretur & deploretur. Nunc enim omnes ex uirili semine nascentes adferunt in Mente caliginem ignorantem Deum, & dubitationes de prouidentia & uoluntate Dei. In uoluntate auersionem à Deo, uacuitatem timoris Dei, fidei, dilectionis, securitatem carnalem, dissidentiam, admirationem sui, concupiscentiam, prauas inclinationes. In Corde contumaciam omnium adfectuum aduersus uoluntatem Dei, propter quæ mala Homo reus est iræ Dei & æternæ mortis.

Ita Homo, qui debebat esse politum speculum, & expressa imago Dei, per lapsum primorum Parentum factus est larua Diaboli. Sed tamen, ut speculum cæno conspersum, aliquam adhuc, quantumuis obscuram imaginem reddit, Sic in Homine aliqua adhuc noticia & uestigia Dei etiam post lapsum reliqua sunt, quæ per filium Dei paulatim in hac uita illustrantur, donec integra in nobis Imago Dei instauretur.

NONO.



NONO. Sic autem instauratur in nobis Imago Dei. Voce Legis monstratur nobis magnitudo & atrocitas peccati, quo amissa est Imago Dei, & ira Dei aduersus peccatum: Cumq; corda in ueris doloribus ortis ex conspectu peccati, sustentantur consolatione proposita in uoce Euangelij, simul accenditur in nobis per filium Dei λόγος uera agnitio Dei, & fides qua accipitur remissio peccatorum, & effunditur in pectora nostra Spiritus sanctus, qui renouat in nobis imaginem Dei, hoc est, ueram lucem, fiduciam, iusticiam, uitam, leticiam, & omnes uirtutes, congruentes cum uoluntate Dei, instaurat. Sicut de Instauracione Imaginis 2. Corinth. 3. scriptum est.

DECIMO. Illustria etiam testimonia diuinæ prouidentiae in mente humana, & noticijs menti insitis, ex quibus omnes artes extructæ sunt considerentur. Deinde etiam in corpore humano, cum singule partes ita aptæ distributæ sint locis, & distinctæ materia, figuris, qualitatibus, & ad suas actiones ac utilitates destinatæ, ipso ordine & arte, conuincimur esse Deum opificem, qui sui uestigia nobis impresserit, eaq; à nobis agnosci & intelligi uelit. Ideo grauissimè Galenus inquit, Anatomen corporis humani, ducem nobis esse ad agnitionem Dei.

Hec capita doctrinæ de imagine Dei, breuiter collegi, ut eorum cogitatione nos ad ueram agnitionem Dei & nostri, ad ueram fidem, & dilectio-



nem Dei exuscitemus. Nunc uocabula quaedam declarabo.

Faciamus hominem) Adā dicitur ab אָדָם id est, terra. Homo in latina lingua dicitur ab humo, ex qua formatus est. Psalm. 102. Recordatus est quoniam pulvis sumus.

ὤψωπός dicitur ab ὤψω ἄνω, id est, sursum uideo. Nam,

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,

Os homini sublime dedit, cælumq; uidere.

Iussit & erectos ad sidera tollere uultus, ut inquit Ouidius.

Simul autem in lectione horum uerborum, FACIAMVS Hominem ad imaginē NOSTRAM, Testimonium de pluribus personis diuinitatis ὁμοιοῦς & coæternis obseruetur, de quo etiam Hilarius admonet his uerbis, Deus ad communem sibi cum Deo imaginem eandemq; similitudinem Hominem reperitur operari, ut nec significatio efficientis admittat intelligentiam solitudinis, nec operatio constituta ad eandem imaginem, diuersitatem diuinitatis.

זֶלֶם) Zelem. R. David Kimhi in lib: radicum scribit aliquando significare formam sensibilem seu corpoream, aliquando uero insensibilem & incorpoream, ubi uidelicet aliquid cum alio similitudinem habet ratione dignitatis & præstantiæ. Hoc loco Paulus Zelem seu Imaginem, non de forma corporea,



porea, sed de uera DEI noticia, iusticia, & sanctitate interpretatur. Ephes. 4. Coloss. 3. 2. Corinth. 3.

Præsit Piscibus:) Dominium Adæ attributum, erat facultas, qua omnibus creaturis ad salutem uti, & nulli creaturæ subijci poterat, sed soli Deo, ut inquit Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hoc dominium in Adam amissum restituitur per Christum. Rom. 8. Confido quod neq; mors neq; uita possit nos separare à dilectione Dei, qua diligit nos propter Christum.

רָדָה Rada) significat dominiū seu potestatem, qualem habet dominus in seruū, non qua illæ abutitur, sed qua illius opera ad suos usus, idq; cum æquitate utitur.

In Imagine Dei:) Ebraismus, Antecedens pro relatiuo usurpatur.

Crescite & multiplicamini:) Deus uult naturam hominum conseruari & propagari commixtione seminum in coniugio, ut Ecclesia conseruetur et propagetur, donec compleatur electorum numerus. Quare sanctissimè Plato inquit: Ideo esse coniugio utendum, ut alios Deo pro nobis cultores relinqueremus. De Coniugio infra dicam capite Secundo.

Replete terram:) Scilicet prole.

Subijcite eam:) Id est, reddite eam uobis habitabilem expulsis feris, & dominamini.

Ecce dedi uobis:) Ex his uerbis colligitur homines



mines ante diluuium annis 1656 simpliciss: cibo usus esse, uidelicet herbulis & fructibus arborum. Hæc fuit causa longæuitatis ipsorum.

Dedi) Præteritum Ebraeis est דָּוַסָּו & significat habitualiter seu præsender, ut in Magnificat, deposuit, exaltauit, fecit, pro deponit potentes de sede, & exaltat humiles &c. Ita hic Dedi, id est, Do uobis omnem herbam, ut sit uobis in escam.

Cuncta quæ fecerat, erant ualde bona.

BONVM est res à Deo condita, placens Deo, congruens ad ordinem in mente diuina, & destinata ad certos usus profuturos hominī, & Deo placentes.

Est autem duplex bonum.

Naturale, est res quæcunq; à DEO condita, placens Deo suo loco, & ordinata ad aliquos usus Deo placentes, ut Sol, terra, cibus, potus.

Vtile quod iuuat conseruationem naturæ, uitam & uitæ necessaria, aut quod propter ista expetitur.

Suaue quod congruit cum aliqua naturali & ordinata adpetitione.

Morale



Morale est actio seu uirtus congruens cum iudicio rectæ rationis. Diligenter autem hæc particula in Mose consideranda est, Omnia quæ fecerat Deus, erant ualde bona, ut resistentur furores Manichæi & similibus, qui causam peccati in Deum conferunt.

Ab hoc furore etiam Ethnici saniores abstinerunt, ut in fine Secundi πολιτεῶν Plato ait, καὶ δὲ αἰτίον φάναι θεῶν τινὶ γίνεσθαι ἀγαθὸν ὄντα διαμαχετέον παντὶ ἕοπιω &c. Omni contentione pugnandum est, ne quis in ciuitate quam bene regi uolumus, dicat Deum, cum sit bonus, causam esse ullius mali, Quoniam neq; sanctè ita dici potest, neq; utile est moribus, neq; secum consentit in explicatione. Et alibi definit Deum, quod sit οὐσία

αἰδιος, τῆς ταγαθῆς φύσεως αἰτία.

hoc est, Essentia æterna, causa  
boni in natura.

CAPVT



## CAPVT SECVNDVM.

*Magna ex parte est repetitio & illustratio primi Capitis, uidelicet operum Tertij & Sexti diei: Sunt autem in eo tres peculiare loci præcipue considerandi.*

- I. De Sabbato septimi diei.
- II. Institutio cultus externi in Ecclesia.
- III. DE CONIVGIO.

## I.

## DE SABBATO.

*Vox Sabbatum significat quietem, à שבת quod quiescit.*

*Quadruplex autem Sabbatum in sacra Scriptura proponitur.*

*Primum docendi causa Sabbatum Creationis uocetur, de quo inquit Moyfes, Requiescit*

uit  
Firm  
natu  
oper  
ling  
& e  
suste  
in Se  
Pate  
Act.  
Suste  
nia  
te sp  
  
I  
nulla  
teria  
cui c  
tura  
sint,  
re u  
esse  
nus  
men  
sit.  
  
I  
Epis  
Sabb  
uit



uit deus die septimo ab omni opere suo. Firmissime aut statuendum est, Deum, post conditam naturam rerum, non desisse agere, nec discessisse ab opere suo, ut Faber discedit ab extructa naui, & relinquit cā nautis, sed perpetuo adesse suæ creaturæ, & eam liberrime sustentare & conseruare. De hac sustentatione rerum, quæ Actio Dei generalis usitatē in Scholis dicitur, docent nos hæ sententiæ, Ioh. 5. Pater meus usq; modo operatur & ego operor. Act. 17. In ipso sumus, uiuimus, & mouemur. Ebr. 1. Sustentans omnia uerbo potentie suæ. Coloss. 1. Omnia in eo consistunt. Psalmo 144. Oculi omnium in te sperant &c.

Dicitur autem quiescente Deo septimo die, quia nullam nouam speciem in natura condidit, cuius materia uel similitudo non præcesserit: & ut perspicue ostendatur, Hominem esse finem omnium Creaturarum, propter quem omnes res aliæ conditæ sint, & in quo Deus præcipue letari & adquiescere uelit. Hinc itaq; certo sumimus, Non plures esse aut futuros mundos, & hoc solum esse genus hominum, ita ortum & lapsum, ad quod redimendum unus Filius DEI in hunc mundum missus sit.

Interpretatur autem hoc Sabbatum Creationis Epistola ad Hebræos cap. 3. & 4. ac dicit æternum Sabbatum significari, in quo Ecclesia perpetuo uiuet,



uiuet, sanctificabit Sabbatum, & coram fructur con  
spectu & sapientia Dei.

Est & ex hoc dierum numero dictum Eliæ sum  
tum, Sex millia annorum mundus, & deinde destru  
ctio. Hinc putant septimum millenarium fore ini  
tium illius nouæ & æternæ uitæ.

2. Est Sabbatum Redemptionis, id  
est, Sabbatum Filij Dei inenarrabili  
modo quiescentis toto septimo die in  
sepulchro, tanq̃ à Deo desertus esset.  
Hoc modo Deus nobis Festum Sabbati, in lapsu amissi  
sum, restituit. Vt enim ipse filius Dei ante gloriam  
æterni Sabbati, sustinuit crucem & mortem, & in  
sepulchro quieuit: Ita omnes pij post mortem pri  
mum Sabbato æternæ uitæ ornabuntur.

3. Est Ceremoniale, seu Pædagogic  
um, seu Mosaicum, institutum docens  
di causa, & ut admoneat nos de futuro  
Sabbato. De hoc Exodi 20 dicitur, Memento, ut  
diem Sabbati sanctifices. Vult Deus septimo die ces  
sari ab externis operis corporis, quæ impediunt mi  
nisterium, & sancta opera fieri, hoc est, doceri alios  
de Deo, administrari Sacramenta, et fieri opera, quæ  
immediatè ad Deum celebrandum pertinent.

De abrogatione Sabbati aliàs dicitur, speciem  
quæ est Ceremonialis, abrogatam esse, Genus autem,  
quod est Morale, manere. Est enim tertium præce  
ptum



ptum mixtum, partim Morale, partim Ceremonia-  
le, ut suo loco dicemus.

4. Sabbatum uitæ æternæ, in quo  
cessantibus omnibus officijs uitæ ani-  
malis, generatione, nutritione, sine cas-  
ligine & peccato, sine ullo labore &  
dolore tantum opera Sabbati facie-  
mus, coram intuebimur & celebra-  
bimus Deum, & ipse nobis impertiet  
societatem suæ lucis & uitæ æternæ,  
ut dicitur Hebr. 4. Reliquum est igitur populo Sab-  
batum. Esai. 66. Erit sabbatum ex Sabbato. Hanc fu-  
turam & eternam quietem piorum adumbrat ty-  
pus in lege Sabbati.

### TEXTVS.

Omnis ornatus eorum: In Ebraeo est צבא  
Zebaam, exercitus uel militia eorum, Tota enim  
creatura militat & inseruit Deo. Vitate autem  
Scriptura exercitum seu militiam cœlorum nomi-  
nat Solem, Lunam & Stellæ, Ierem. 19. Sacrificaue-  
runt omni militiæ cœli. Hinc Dominus Zebaoth di-  
citur, id est, exercituum, cœlestium siderum, Ange-  
lorum & Hominum author, qui infinitam suam po-  
tentiam in omnibus creaturis declarat, & in cuius  
manu sitæ sunt uictoriæ in bellis, ut etiam Xenophon  
G inquit



inquit, ΑΥΘ. γ. Nec copiae nec uires uictoriam adferunt, sed auxilium diuinum: Et Thucydides, ἡ νίκη ὤντη τοῖς χαρπείῳ πόλεμος. Nusquam minus quam in bello euentus respondent.

Ab uniuerso opere) scilicet, Creationis nouarum specierum, sed non conseruationis & sustentationis.

Benedixit Deus diei septimo & sanctificauit eum. (Et) pro(id est). Exponit enim quid significet benedixit, id est, sanctum ac sibi dicatum haberi uoluit, destinauit eum ad usus diuinos.

Quod creauit Deus ut faceret.) Quod faciendo Deus creauerat, seu quod creauerat Deus, ut certis usibus destinaret.

Istae sunt generationes.) Passiue, id est, hi sunt natales & ortus, ita generati sunt, ita extiterunt, ita conditi sunt caeli &c.

In die.) id est, in tempore. Synecdoche.

Quo fecit Dominus.) Hic primum ponitur nomen Tetragrammaton יהוה Iehoua, Necessarium enim fuit, ut ibi esset perfecta Dei appellatio, ubi perfectum esset opus.

Non enim pluerat.) Non est quod quisquam hoc tribuat pluuiæ, uel humanæ industriæ, quod terra habuit herbas, & omnis generis fructus, cum nondum pluisset, & non esset homo cultor terræ.

Et Fons.) Vapor eductus è terra per calorem Solis in mediam regionem aëris, qui frigore ibidem densatur.



densatus in nubem, & in pluuiam resolutus, terram humore fecundo rigauit. Ita Moyses causam materialem, finalem & efficientem Pluuiarum descripsit.

*Repetitio operis sextæ diei.*

**Formauit Dominus Deus Hominem puluerem de Terra.**

Hic locus, Humane carnis ex gleba terrene effigie & formate descriptionem continens, Primum nos de nostra infirmitate & mortalitate, & de Modestia & Humilitate colenda admonet. Quam admonitionem sapienter & copiose illustrauit Basiliius Homil. 11. in ἐξ αἱμάτων. ΣΥΜΜΑΧΟΣ ἔσω τοῦ λογισμοῦ ἢ γῆς αἰεὶ πρῶτα καὶ ὑπομνήσκουσα τῆς ἐαυτοῦ ταπεινώσεως. Τὸτο ἐπὶ πάσης ἁμαρτίας φυλακτήριον ἡμῖν ἔστω τὸ ὑπόμνημα.

Deinde, Dignitatem Carnis humane, Dei manu formate, consideremus, Quam splendide illustrat Tertullianus in libro de Resurrectione, his uerbis. Limus illa iam tunc imaginem intuens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed & pignus. Quo nunc facit, ad infuscandam originem carnis, nomen terre uentilare, ut sordentis, ut iacentis Elementi? Cum etsi alia materia excudendo homini competisset, artificis effigiem recogitari oportet,



teret, qui illam & eligendo dignam iudicasset & tractando fecisset. Phidiae manus Iouem Olympium ex ebore molitur, et adoratur. nec iam bestiae et quidem insulsißimae dens est: & summum seculi nomen Elephantus. Sed quia Phidias tantus, Deus uiuus, deus uerus, quamcunq; materiae uilitatem, non de sua operatione purgasset, & ab omni infirmitate sanasset? An hoc supererit, ut honestius homo Deum, quam hominem Deus finxerit? Nunc etsi scandalum limus, alia iam res est. Carnem teneo, non terram: licet & caro audiat, Terra es & in terram ibis. Origo recensetur, non substantia reuocatur. Datum est esse aliquid origine generosius, & de mutatione felicius. Nam & aurum terra, quia de terra: haecenus tamen terra: Ex quo aurum, longe alia materia, splendidior atq; nobilior de obsoletiore matrice &c.

Et paulo post,

Ab sit ut Deus manuum suarum operam, ingenij sui curam, ad flatum sui uaginum molitionis suae regiam, liberalitatis suae haeredem, religionis suae Sacerdotem, testimonij sui militem, Christi sui sororem in aeternum destituat interitum &c.

Irenaeus lib. 3. cap. 31. Vt Protoplastus Adam de rudi terra & adhuc Virgine formatus est manu Dei: Ita secundus Adam Christus omnia recapitulans ex Maria uirgine.

Inspira



# Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ.

Etiam cæteris animantibus indidit Deus spiritum uitalem, qui per totam corporis machinam deuehit calorem uiuificum, et omnibus membris impertit uim exercendi actiones animales, Sed præter hunc spiritum uitalem, communem cum pecudibus, et intereuntem unâ cum corporibus, adflauit Deus hominibus ANIMAM RATIONALEM, quæ est substantia spiritualis, uiua, creata à Deo ad imaginem ipsius, id est, intelligens, libera et iusta, quæ est pars substantiæ hominis, nec extinguitur cum à corpore hominis discessit, sed est immortalis, et donec in corpore uersatur conuerti ad Deum potest, adiuta à Deo, et deficere à Deo sua ipsius uoluntate. Hæc enarratio uerborum, Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, sumta est ex his dictis Act. 7. Domine Iesu suscipe spiritum meum. Genes. 1. Creauit Deus hominem ad Imaginem suam. Matth. 10. Animam non possunt occidere et c. Vt enim Christus adflans Apostolos, impertit eis spiritum suum sanctum, Ita Deus adflans hominibus animam extrinsecus, simul suæ lucis, sapientiæ, iusticiæ, et uitæ radios in eam transfundit, quæ non est corporea moles, sed halitus coelestis et diuinus. Vnde etiam Ethnici quidam sapientes dixerunt Animam esse diuinæ particulam auræ. Et Ebræi uocabulum

ג 3 נפש



וַיֵּשֶׁבֶת, deriuant à שָׁמַיִם à cælo, quod sit spiritus de cælo seu à Deo ortus.

Et factus est Homo in animam uiuentem. Id est,

Non simpliciter sicut bestiae, sed quam DEVS posthac uiuificaturus erat etiam sine animali uita, sine cibo & potu, ad immortalitatem, & spiritua-lem uitam.

Citat hunc locum Paulus 1. Corinth. 15. Adam primus factus est in animam uiuentem, postremus Adam in spiritum uiuificantem, id est, Adam primus factus est, ut esset anima uiua, seu homo uiuens uita naturali, quæ sustentaretur cibo, potu, gigneret, haberet actiones naturales, & posset mori. Postremus Adam, id est, Christus ex morte resuscitatus habet corpus spirituale, non indigens cibis &c. & spiritus suo omnium fidelium, qui ex mortuis resurgent, corpora uiuificabit, ut & ipsa sint spiritualia, conformia corporis Christi, non habentia ullas actiones naturales, sed tantum spirituales, agnitionem Dei, & ardentem amorem Dei, leticiam spiritualemente eternam uitam &c.

In sclo



In primo statu, habuit posse mori & posse non mori.  
 In secundo statu, post peccatum, habet posse mori & non posse non mori.  
 In tertio statu, post resurrectionem, habebit posse non mori, & non posse mori.

In scholis ita  
 usitate dici-  
 tur, Homo.

### *Repetitio operis Tertij Diei.*

Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum uoluptatis in Eden.)

Paradisus Græca uox est, & Latine hortum con-  
 situm & conseptum significat. Sic enim Cicero hanc  
 uocem in Oeconomico Xenophontis conuertit, ubi  
 narrat Cyrum Lysandro τὸν ἐν Σάρδεσι πρᾶξι-  
 σι πρὸς ἐκκλιῶν.

Fuisse autem certum locum terræ summa amœ-  
 nitate & fertilitate, in quem collocatus est Adam,  
 ex textu constat, & ubi fuerit, ex appellatione loci  
 Eden manifestum est, cuius mentio fit Genes. 4.  
 Ezech. 27. Esa. 37. Et celeberrimum est nomen Eden-  
 na seu Edeffe, in Mesopotamia, ad ripam Euphratis  
 sita. Nunc ociosa de Paradiso corporali questio est,  
 cum non amplius extet, ac in diluuium plane disipa-  
 tus sit, Ideoq; etiam fluuiorum qui ex Paradiso di-  
 cuntur orti fuisse, & nomina & loca, per quæ flu-  
 unt,



unt, ignota sunt. Multa autem de Paradiso eruditè  
& copiosè collecta Studiosi apud Eugubinum in-  
uenient.

Metaphoricè Paradisus significat quemlibet lo-  
cum amœnum, ut de Sodomorum planitie Genesis  
13. legitur. Ita & coelorum regia ob fœlicitatem ab-  
solutiss: Paradisus dicta est Lucæ 23. Hodie mecum  
eris in Paradiso. 2. Corinth. 12. Raptus sum in Para-  
disum Domini.

Paradisum uoluptatis: ) In Ebræo est, Hortum  
in Eden גן עדן. Nam עדן loci nomen est, quod  
alioqui uoluptatem significat.

A Principio מִקֶּדֶם Mikedem: ) Ab ante, hoc  
est, uersus orientem, significat locum & non tempus.  
Genesis. 2. 9. Iuit ad terram filiorum קדם orientis.  
Ioel. 2. Ezech. 47. ad mare orientale. Ventus ab ori-  
ente uocatur קדים Exod. 4. Ezech. 17. 19. 27. ubi  
semper Ieronimus uertit uentus urens, desiccans.

Lignum pulchrum uisu: ) Id est, pulcherri-  
mam quamq; & suauissimi fructus arborem. Lignū,  
pro arbore & fructu arboris, ponitur.

ARBOR VITÆ, Id est, uitalis, ad hoc con-  
dita, ut homo ex eius fructu uescens, stabili & firma  
corporis sanitate esset, & sine ulla infirmitate uel  
uirium decremento, perpetuo in summo omnium ui-  
rium uigore uiueret.

Arbor scientiæ boni & mali: ) Ab euentu  
transgressionem sequente, sic appellata est. Nam  
post



postquam in ea peccauit Adam, non solum uidit quid boni amiserit, sed etiam in quam ingentia mala animæ & corporis per inobedientiam coniectus sit. Nam si Adam non fuisset lapsus, hæc arbor fuisset Templum, in quo coluisset Adam DEVM, & suam obedientiam erga DEVM externo opere declarasset.

Allegorice, Lignum Scientiæ Boni & Mali est Lex.

Lignum Vitæ est Euangelium.

Veteres etiam in hac Imagine in consolationibus remedijs dolorum & ærumnarum usi sunt. Arborem crucis Christi aridam et aspectu tristem esse. Sed ijs, qui de eius fructu comedant, arborem uitæ æternæ fieri.

Econtra Arborem scientiæ boni & mali, quæ gustata, Adamo & posteris mortem attulit, uiridem et aspectu iucundam fuisse.

Fluuius egrediebatur de Eden ad irrigandum Paradisum.

Obscura est & difficilis huius loci explicatio. Quidam unius fluminis Euphratis, uel certè uicinarum fluminum in Mesopotamia, hæc quatuor nomina esse disputant, Quæ sententia maxime uero consentanea est. Alij quatuor ferè præcipua flumina in mundo, uidelicet, Gangen, Nilum, Tigrim, & Euphratem ortum suum in Paradiso habuisse conie-

G s Etant,



# IN GENESIN

stant, & in diluuiio fontes dissipatos esse sentiant.  
Licebit autem Lectori, utram uolet sententiam  
sequi.

Nomen uni Pison.) Hunc Gangem esse uolunt,  
cuius ostia, habent gradus longit: 145. lat. 18. Est au-  
tem  $\chi\upsilon\sigma\acute{o}\phi\omicron\pi\omicron\varsigma$  uolvens arenas auri sicut Rhenuus,  
Tagus, Pactolus, Phasis.

Euilath.) Alij Indiam, alij Cabarinum uel Ca-  
balam Mesopotamiae uicinam significari uolunt.

Vbi nascitur aurum.) De auro à formicis In-  
dicis custodito, scribit Herodotus lib. 2. pag. 104.

Bdellium.) Arbor est, ex qua destillat lachry-  
ma seu gummi translucidum, odoratum, amarum, et  
substantia ac qualitate myrrhae cognatum, de quo  
Dioscorides lib. 1. cap. 69. Plinius lib. 12. 9.

Lapis onychinus.) Onyx testa est Conchili-  
candicans & odorata, à leuore unguis sic nuncupata,  
inuenitur in nardiferis Indiae paludibus. Dioscor.  
lib. 2. cap. 7.

GEON dicunt Nilum esse, cuius origo ignota  
est, unde prouerbiū. Nili caput querere. In Helio-  
doro dicitur habere numerum dierum anni.

N	50
E	5
I	10
A	30
O	70
Σ	200.
	<hr/>
	365.

Quotian



Quotannis rigat sua inundatione Ægyptū flantibus ex aduerso Ethesijs, cum Sol est in ♄. 7. m. et centesimo die intra alueum reuocatur, Plinius lib. 5. cap. 9. Auctus Nili per puteos mensuræ notis deprehendunt. Iustum incrementum est cubitorum 16. Plura Herodotus in Euterpe pag. 49. 50. 51. 52.

Achiopiæ.) Cui non semper Æthiopiam meridionalem, sed loca uicina Arabiæ significat, ut Saphorauxor Moyse Æthiopissa ex Madian, hinc colligitur quidam Geon flumen esse Mesopotamiæ.

Tygris.) Strabo. περὶ τῆς πρὸς τὴν ἑώαν σὺν πιά.

Euphrates notus est.

Mesopotamia dicitur, quod sit μεσσοποταμία, media inter Euphraten & Tygridem.

Vt operaretur & custodiret.) Vt bona opera & cultus Deo gratos præstaret: & Terram coleret. Sic in Ecclesiaste Reges uocantur cultores terræ. Colant igitur disciplinam, iusticiam, pacem, & defendant subditos, ut terram colere & Deo gratos cultus præstare possint.

## II.

# INSTITVTIO CVLTVS EXTERNI IN ECCLESIA.

Cultus Dei est opus à Deo mandatum,



tum, quod fit prælucēte fide, & fit im-  
mediatē uel principaliter hoc fine, ut  
Deus honore afficiatur, id est, ut testes  
mur hunc uerē esse Deū, quem scō-  
limus, & pro acceptis beneficijs Deo,  
hanc nostra obediētia, gratias agamus,

Vult autem Deus Ecclesiam in omnibus operibus  
& cultibus præstandis suo uerbo regi, ut clare dicitur,  
Quæ tibi præcipio, hæc tantum facito, non ad-  
das aliquid neq; minuas. Item, Frustra colunt ne man-  
datis hominum. Ideoq; expressa uoce tradidit Adæ  
Legem & mandatum de externo cultu, uideicet ne  
comederet de fructu arboris scientiæ boni & mali.

Ait autem Tertullianus, hanc Legem datam  
Adæ & Eue in Paradiso, quasi matricem esse omni-  
um præceptorum Dei, in qua omnia præcepta re-  
condita esse cognoscantur. Nam si Dominum Deum  
suum dilexissent, contra præcepta eius non fecissent.  
Si proximum diligere, id est, semetipsos, serpentem  
non credidissent, atq; ita in semetipsos homicidium  
non commisissent, excidendo de immortalitate, facien-  
do contra Dei præceptum. A furto quoq; absti-  
nuissent, & de fructu arboris quam non degustas-  
sent, nec à conspectu domini Dei nostri sub arore  
delitescere gestissent. Nec falsum asseuerant Dia-  
bolo participes efficerentur, credendo ei, quod si-  
miles Deo essent futuri.

Atq;



Atq; ita nec Deum offendissent, ut patrem, qui eos ex limo terræ, quasi ex utero matris, figurauerat. Si alienum nō concupiscerent, de fructu indicto non gustassent. Igitur hac generali & primordiali Dei Lege, quam in arboris fructu obseruari Deus saterat, omnia præcepta legis posterioris, specialiter indita fuisse cognoscimus, quæ suis temporibus edita germinauerunt. Haftenus Tertullianus.

Debit autem Adam hoc opere suam confessionem, gratiarum actionem, reuerentiam, fidem & obedientiam Deo declarare. Estq; æterna & immota regula mentis diuinæ, ut creatura rationalis Deo obediat, Ac regula discenda est, Omnis Lex obligat uel ad obedientiam, uel ad pœnam. Ideo expressa comminatio mortis æternæ, legi traditæ Adamo, adiuncta est. Quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. Quare cum non præstitisset obedientiam, in æternis pœnis ipsi & toti posteritati intereundum fuisset, nisi mirando & inenarrabili consilio filius Dei pro nobis intercedens, *ΑΥΤΩ* persoluiisset, & iram Dei, mortem, ac æternas pœnas à nobis sustinendas, in se deriuasset.

Explicat autem Lutherus hoc loco usitatum argumentum.

Iusto non est Lex posita. 1. Timoth. 1.

Adam ante lapsum fuit iustus,

Ergo Adam non habuit Legem.

Vbicunq;



Vbicunq; autem nō est Lex, ibi nec peccatum est, Rom. 4.

Ergo nec Adam peccatum habuit, nec in posterios propagavit.

Respondeo: Nego consequentiam, & ratio est, Quia est fallacia figuræ dictionis, Differunt enim hæ duæ formæ loquendi νόμος τῆς ἐξουσίας. Prior, significat Legis promulgationem, ut Deus hic proponit Legem Adamo. Posterior formula, qua Paulus utitur, significat propria officia, quæ Lex exercet in iniustos, uidelicet accusare, perterrefacere conscientias, damnare ac punire. Hoc modo Lex non erat posita Adamo. Cum enim ultro obtemperaret, Lex non fuit ei oneri, sed fuit suauissimum obiectum, in quo gratitudinem & obedientiam suam Deo declarare primi Parentes poterant. Ac postquam lapsi sunt, Legis accusationem senserunt & intellexerunt ὅτι δικαίω νόμος οὐ κῆρυξ ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις.

Vel sic respondeo ad Maiorem. Tria sunt officia, seu triplex est usus Legis diuinæ. 1. Politicus cum utimur Lege ad externam disciplinam regendam & coercendos contumaces. 2. Spiritualis cum in agone, conscientia Lex ostendit peccatum, accusat & damnat omnes homines propter peccatum, De hoc dicitur, Peccati potentia Lex est. 3. Usus est in renatis docere & ordinare obedientiam, & testari qui cultus & quæ opera Deo placeant.



ant. Iusto autem non est Lex posita, quod ad duo prima Legis officia attinet. Id est, iustum non cohercet & accusat Lex, sed posita est Lex iusto, quod ad tertium usum attinet, hoc est, ad eternum & immotum ordinem, quo Deus uult creaturam rationalem sibi subditam esse, & reddere iustam gratitudinem. Ideoq; filius Dei missus est, ut hanc obedientiam Legi debitam in nobis per Spiritum sanctum instauret, ut inquit ipse Matth. 5. Non ueni soluere Legem, sed implere.

Implet autem quatuor modis. 1. Prestando perfectam obedientiam pro sua persona. 2. Satisfaciendo seu sustinendo poenam pro nobis. 3. Restituendo Legem in nobis per Spiritum sanctum, quod fit in hac uita incoatione & postea consummatione. Lex stabilitur per fidem. 4. Docendo & illustrando uerum intellectum Legis diuinæ &c.

### Quacuncq; die comederis ex eo.

Morte morieris.) Anima mortua erit, nec suis uiribus recuperare uitam & salutem eternam poterit, nisi filius Dei, qui est uita & λόγος, eam de nouo uiuificet: & corpus obnoxium erit putrefactioni. Est autem Phrasis Ebraica, Morte morieris, id est, certissime & sine dubio morieris, ut dicitur, aculeus mortis est peccatum. Item, Corpus mortuum est propter peccatum. Tollitur autem mors ex hominum natura, per mortem filij Dei, ut dicitur, Ero mors



mors tua o mors. Quæ sententia ueteri Versu expressa est.

Mors mortis morti mortem mors morte redemit.

Discernantur autem Mors Animæ & Corporis. Animæ mors sunt horrendi cruciatus, & pænes conscientie, qui sensum iræ Dei aduersus nostra peccata ineuitabiliter consequuntur. In renatis anima in discessu, habens iam initia sanctificationis, prorsus liberatur à peccato, sicut Paulus dicit, Corpus mortuum est propter peccatum, Spiritus autem uitæ est propter iusticiam.

Corporis mors est putrefactio & consumptio corporis. Hæc etiam per Christum tollitur, qui inquit, Non mortua est puella sed dormit. Vt enim in somno reficiuntur omnes uires, sic mors corporis requies est, in qua reficitur corpus, ut postea fiat glorificatum & immortale. Ita Methodius Mortem definit, quod sit φαρμακὸν καὶ ἰατρὴ τῆς ψυχῆς τοῦ σώματος, hoc est, saluberrimum pharmacum, quo anima & corpus ab omni peccato & labe purgantur.

### III.

### DE CONIVGIO.

Toti Ecclesiæ necessaria est doctrina de Coniugio, cuius prima institutio, & uera, integra, ac erudita definitio in hoc loco traditur. Quæ usitate uerbis in harum regionum Scholis recitari solet.

CONIV



**CONIVGIUM** est indissolubilis coniunctio unius maris & unius feminae, quae legitimè coniungi possunt, instituta diuinitus, ut agnoscamus **DEVM** esse mentem castam, & in castitate ei seruiamus, & hoc modo propagato genere humano, colligatur aeterna Ecclesia Deo.

**CAUSA EFFICIENS** seu author foederis coniugalis est, Tota diuinitas, amans castitatem, & sanciens hunc ordinem generationis, & seuerissimè puniens omnes uiolantes hunc ordinem. Diligenter igitur haec particula in textu cōsideretur, **DIXIT DOMINVS**, Hoc est, admiranda sapientia & grauissima deliberatione sancit & decretum fecit, quod uult firmum & immotum esse, ut homo in consuetudine coniugali uiuat, & hoc ordine propagationem speciei adiuuet, & uitet omnes commixtiones cum hoc ordine pugnantes. Cum autem Deus ipse dixerit & legem tulerit, ut homo in coniugio legitimo caste uiuat, cogitemus quanta audacia & quantus furor sit Papae, qui Legem expressè contrariam Legi diuinæ audet ferre, Sacerdotes, Monachi, Nonne non uiuant in coniugio. Dicit Dominus Coniugium rem bonam & castitatem ac mundiciem esse, Dicit Papa immundiciem & scelus esse. Has uoces manifestum est à Diabolo esse ortas, ut Deum.

H contra



contumelia afficiat, & magnam partem eius coetus, qui uocatur Ecclesia Dei, pollutam libidinibus in eternum exitium precipitet.

Pertinent autem ad causam efficientem etiam SPONSALIA, Vt enim in Paradiso Euam ipse Deus ad Adamum adduxit, Sic uult deinceps parentum consensu ac uoluntate desponsationes fieri, ut dicitur, Honora patrem. 1. Corinth. 7. Qui elocat re-  
ctè facit. Item,

Νυμφόμυάτωρ μὲν πρὸς τὸν πατέρα τῆς ἐμῆς  
μοδὶ μὲν ἔξει ἡ δὲ ἐμὴ σκοπεῖ τὰς δέ.

Et textus in Institutionibus Titulo X. Si filij familiarum sunt, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere & ciuilibis & naturalis ratio suadet, in tantum ut iussu parentum precedere debeat. Aliunde autem integra doctrina de Sponsalibus & causis Matrimonialibus ex libris Iurisconsultorum, & libellis de Coniugio, petatur

Ad CAUSAM MATERIALEM, referri possunt due personæ, ex quibus constat legitimum coniugium, unus mas & una fœmina, quæ quidem legitimè iungi possunt. Ideo statim in hac prima coniugij constitutione prohibentur incestuæ consuetudines, Relinquat homo patrem & matrem suam &c. Et postea gradus personarum de iure diuino prohibiti recitantur Leuit: 18. In recta linea prohibetur commixtio inter omnes sursum & deorsum.

In colla-



In collateralibus prohibetur primus & secundus in linea inaequali. Postea diuinis additae sunt prohibitiones in proximis gradibus, ut maiore reuerentia diuinae prohibitiones obseruentur. Discant autem Studiosi usitatum doctrinam de gradibus consanguinitatis ex communibus libellis Ethicis.

**FORMA** Coniugij est legitima & indissolubilis coniunctio, duarum personarum, ut clare dicitur, Erunt duo in carnem unam, id est, inseparabiliter amore & foedere commixtionis coniuncti. Unitas enim significat uinculum perpetuae coniunctionis, & prohibet diuortia, quae clare uetat Christus Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et Paulus 1. Corinth. 7. Praecipio autem non ego, sed Dominus, ne uxor à marito separetur, nec maritus uxorem deferat. Huc & regula pertinet. Officium coniugale esse opus iustum & à Deo conditum, ac certo ordine institutum, ideoque Deo placere. 1. Corinth. 7. Vir debitam beneuolentiam uxori praestet. 1. Thess. 4. Haec est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut unusquisque suum corpus, uni coniugi, castum & sanctum seruet.

**FINES** Coniugij praecipue considerentur.

Primus est. Ut agnoscamus Deum esse mentem castam & attributione castitatis discernamus eum à Diabolis & alijs naturis immundis, Ideo enim sanxit ordinem coniugij, et seuerissime prohibet ac punit

H a nit



nit omnes incestas commixtiones & uagas libidines, ut castitas intelligatur. 1. Theff. 4. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. In hanc sententiam extant dulcissimi uersiculi Philippi.

Castus Deus mens est, castus uult mente uocari,

Et castus pondus iussit habere preces.

Πνεῦμα ἐὼς θεὸς αἰδίοις καθαρόν τε καὶ ἄγνόν  
τῶν ἄγνων δέχεται ἰδὼν μὲν φρενῶν.

Ἀγνὸν καὶ ἔταξε νόμοις σεμνοῖσι γάμοις,  
τιμήσαι θεὸν οὐρ ἐν γάμῳ εὐσεβέως.

II. Vt homo suorum studiorum ac laborum socium habeat. Est enim conditus ad societatem. Ideo dicitur in hoc loco Genesis, Non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium, quod sit coram eo.

III. Vt certa lege hominum genus conseruetur & propagetur, & ex eo colligatur æterna Ecclesia Deo, ut dicitur, Crescite & multiplicamini. Item Plato νόμων γ. περὶ γάμων δὲ τὰς τὰς ἐσομένους, ὡς καὶ τὰ ἀγγέλους φύσεως ἀντέχειν. ὅς παῖδας παῖδων καταλείπντα ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπέρτατος ἀνδρὶ αὐτοῖς παρὰ δίδοναι. Hoc est, in coniugio hæc consolatio in conspectu sit, Quod oporteat conseruari naturam humanam propagatione liberorum, ut singuli Deo alios cultores suo loco substituant.

IIII. Vt sit remedium aduersus uagas libidines, & uitentur poenæ, quæ comitantur uagas libidines.

1. Cor. 7.



1. Cor. 7. Vitandæ scortationis causa unusquisq; habeat uxorem suam.

V. Vt coniugium sit imago fœderis inter Christum & Ecclesiam Ephe. 5. Mystrium hoc magnum est, loquor autem in Christo & Ecclesia. Nam in pio & casto coniugio præcipuè florent ac dominantur.

1. Amor mutuus, uerus, ardens ὁδὸς 3.

οὐ μὲν γὰρ τῶ γε κρεῖσσον ἐὶ ἀγασθῶν  
ἢ ὅδ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν ὁἰκορῆχ' ἡτορ  
ἀνὴρ ἡδ' ἐ γυνὴ πρὸς ἀλλήλους διυσμυέεσσι  
χάρματα δ' ἐνυμνέτησι.

2. Fides coniugalis, ut in mutuo amore acquiescant, nec appetant alios uel alias, Cuius fidei simularum Deus columbis etiam impressit. De quibus scribit Aristoteles. οὐτε σῶδ' ἀλλήλους θέλῃσι πλείοσι, οὐτε προαπλείπῃσι πῶ κοινωνίαν πλήρ' ἑαυτῶν ἢ χῆρα γυνή. Hoc est, Columbe non copulantur pluribus, nec deferunt coniunctionem nisi alter uiduus uel uidua fiat.

3. Societas bonorum & ærumnarum.

4. Generatio.

5. Defensio.

6. Ἐπιείκεια tolerans infirmitates & neuos concordie causa.

Hæ sex res, quas merito neruos atq; artus coniugij possumus nominare, etiam in filio Dei & Ecclesia simili fœdere copulatis perspicuè lucent: Quod

H 3 enim



enim Filius Dei Ecclesiam tanquam sponsam ardenter amet, id non solum testatus est adsumptione eiusdem naturæ, sed etiam morte sua, quam pro ea sustinuit. Deinde solam Ecclesiam amplectentem ipsum uerbum constanter amat, hæreticos uero & impios odit. Tertio Filius Dei sua bona, uidelicet sapientiam, iusticiam, uitam & leticiam Ecclesie communicat, & ipsius ærumnas in se deriuat. Quarto per ministerium Euangelij ex aqua & spiritu gignit Filios Dei. Quinto suam Sponsam aut defendit sine præsidij humanis, ut Osee 1. Saluabo eos non in arcu & gladio, sed in Domino Deo, Aut hostes etiam in hac uita horrendis pœnis opprimit. Sexto tolerat plurimas infirmitates & peccata piorum eaq; condonat & sepelit. Vicißim Ecclesia quoq; sponsum amat, & omnia idola fugit, ne fidem in baptismo datam uiolet, fit etiam conformis imaginis filij Dei in cruce toleranda, deniq; sua qualiacunq; bona, uidelicet celebrationem & gratiarum actionem cum Deo communicat.

#### PUGNANTIA sunt.

I. Vituperationes & prohibitiones Coniugij & sexus muliebris, ut Marcionis, Manichæi, Encratitarum, Papistarum, Hipponactis, cuius duo uersiculi citantur.

Δὺ ἡμέρᾱ γυναικὸς εἰσὶν ἡδ' ἰσαὶ  
ὅτ' αὖ γὰρ μή τις καὶ κφέρῃ πεδνηκῆται.

Chil



Cum coniuge sunt duo dies suauissimi

Cum ducitur, rursusq; fertur mortua.

Item Mulier est necessarium malum.

Ἀνὴρ ὁρᾷ τὸ τῆς ἀναγκαῖον δὲ ὄμως.

Contra tales prophanas sententias teneantur dicta diuina. Ebrae. 13. Honorabile coniugium in omnibus & thorus immaculatus. 1. Timoth. 4. Prohibitiones coniugij uocantur doctrinae Demoniorum. 1. Timoth. 2. Saluabitur mulier per filiorum generationem, si manserit in fide. Iohan. 2. Christus ipse interest nuptijs, & eas ornat amplissimo munere, uidelicet sex amphoris uini. Genes. 2. Deus ipse instituit coniugium.

II. Vagæ libidines & scortationes, de quibus considerentur exempla poenarum, Diluuium, conflagratio Sodoma, Ciues Sichem trucidati, Tribus Benjamin deleta, Euersio Troia, Reges Romæ expulsi, Pugna Leufrica &c. Et dicta 1. Cor. 6. Fornicatores, Adulteri, non possidebunt regnum Dei. Ephes. 5. Propter hæc uenit ira Dei super inobedientes. Ebrae. 12. Sectamini sanctificationem, sine qua nemo uidebit Deum.

III. Diuortia quæ prohibentur hac uoce Christi: Quos Deus coniunxit, homo non separet.

IIII. Immundus coelibatus.

## TEXTVS.

Dixit Dominus. ) Id est, sanciuit, decreuit,

H 4 G



et hoc decretum patefecit, et uult ratum ac firmum esse.

Non est bonum.) Scilicet speciei. Deinde etiam singulis indiuiduis, ut adiutorium habeant. Et autem Ethnici dixerunt Vxorem esse ἑμπαρόν τῷ φιλοσοφῶν, tamen Spiritus sanctus Βονδὸς appellationem ei tribuit: et honorem in lapsu Adami amissum Christus restituit.

Simile ei כנעגידו.) quod sit coram eo et penes eum, ut ei obsequatur et ministret. Literam Caph scribunt hoc loco non esse similitudinis notam, sed confirmationis et certitudinis.

Omne quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen eius.) Hoc est, nomen quod Adam indidit singulis animantibus, id est nomen singulorum. Illustre autem signum excellentiæ ingenij et summe sapientiæ in Adamo est, quod nomina omnibus rebus imposuit, οἶμα μείζωτινα δυνάμει εἶναι ἢ ἀνθρώποιαν, τὴν θεμελίω τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πλάσμασι.

Immisit soporem.) תרדמה Thardemah, sopor, somnus fortis, intensus. Vt autem ex Adam dormiente sumitur costa, ex qua edificatur Eua, Sic ex corpore Christi obdormiescente in cruce, et morte, sumitur Ecclesia, quæ redempta est per mortem ipsius.

Vnam de costis eius.) צלע Zela costa. Et quia costæ sunt in utroque latere animalis dextro natus, delict



delicet & sinistro, latus cuiuslibet rei appellatur hoc nomine. Sunt autem nunc in utroq; latere uiri & mulieris costæ duodecim. Ideo antea uerisimile est in Adamo tredecim iuga costarum fuisse, & postea unum exemptum fuisse, ex quo Eua edificata est.

Aedificauit costam in mulierem.) Lyra ad formam corporis accommodat, ut in edificijs fastigium est angustius, fundamentum amplius & firmitus, sic fœminæ podicem habent latiore, pectus angustius, Debent enim esse οἰκιστοί, sedere domi. Viri habent ampla pectora, id est, debent ualere consilio & sustinere onus gubernationis. Sicut mulieres ideo mammas in pectore habent, quia non solum nutrimentum, ut cætera animantia, sed etiam sopylū communicant.

Ideo autem ex latere uiri sumta est mulier, non ex capite uel pedibus, ut significaretur eam esse sociam uiri, non dominam uel ancillam. Dist. 18. lib. 2. Sententiarum.

Adduxit eam ad Adam.) Sponsalia in Paradiso.

Hoc nunc os.) Id est, facta est ex ossibus & carne mea. Consideretur autem sapientia Adam, statim ex primo aspectu intelligentis opus diuinum, & agnoscentis creaturam sibi cognatam.

Virago.) **וְיָרָא** uira, **וַיְבָרֶךְ** ut Aquila uertit nona uoce.

H     &     Relin-



## Relinquet Homo Patrem &amp; matrem.)

Non precipit ἀσopyία, ut aquile pellunt pullos, sed primum prohibet incestas consuetudines cum parentibus, sicut Thargum seu Paraphrasis Onkeli Chaldaica uertit: Relinquet homo lectum patris sui & matris suae, & adglutinabitur uxori suae.

Deinde etiam ad conuietum & consuetudinem coniugalem transferatur. Vxor debet esse socia uitae & omnium bonorum ac ærumnarum Mariti, sequatur igitur maritum, cum necesse est urgente uocatione, aut alia honesta causa, aliò migrare, ut Sara sequitur Abraham, Rebecca Isaac, Rachel & Lia relicto patre Laban sequuntur Iacob, & cetera.

Penelope, cum pater Icarius peteret, ut apud se Lacedæmone maneret, nec maritum Vlysssem in lituam sequeretur, & Vlysses tandem commotus iubere eam uel uolentem sequi, uel apud patrem manere, ipsa nihil respondit, sed demisso & obuoluto uultu sedit, cumq; Icarius intelligeret, quod uellet cum Vlysse abire, demisit eam, & templum pudori dedicauit. Historiam recitat Fausanias in Laconicis.

## Erunt duo in carnem unam.

Propria & natiua huius dicti sententia est, non solum quod natura hominum ita condita sit, ut ex commixtione maris & foeminae genus humanum propagetur.



propagetur, sed etiā leges coniunctionis coniugalis sancit, et modū generationis certa lege ordinat, prohibet uagas libidines, & precipit perpetuam & indissolubilem coniunctionem, ut Christus ipse enarrat Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet. Transfert autem Paulus 1. Corinth. 6. hoc dictum Genes. ad coniugium spirituale filij Dei & Ecclesie, & docet eos qui uagentur libidinibus non amplius esse membra filij Dei, sed membra scortorum & organa Diaboli.

## NOMINA PROPRIA secundi Capitis.

Eden עֵדֶן Voluptas.

Phison פִּישוֹן à פֶּשַׁע creuit, ab incremento aquarum.

Euilath חוּלַת Hauila partus, parturiens à חוּל.

Geon גִּיחוֹן Gihon, uel à גָּח extraxit, uel à גִּחוֹן pectus.

Tygris.) חִדְקֵל Hidekel acuta leuitas à ueloci cursu. Sic nominatur Tygris Dan. 10.

Euphrates.) פְּרַת Phrat fructificans.



## CAPVT TERTI

VM GENESIS, FON

TEM ET SVMMAM PRÆCIPVO

rum Articulorum totius doctrinæ Christianæ conti-

net, in quod reliqua tota Biblia uelut com-

mentarius quidam esse, existiman-

da sunt.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Angelis, & conditione ac la-  
psu Angelorum.
- II. De causa Peccati, calamitatum,  
& mortis humanæ.
- III. De modo & Obiecti peccati pri-  
morum Parentum.
- IIII. De peccato Originis.
- V. De Effectibus & pœnis peccati.
- VI. De Legis effectū.
- VII. De Promissione Euangelij, &  
de discrimine Legis & Euan-  
gelij.
- VIII. De Persona Christi.

IX. De



IX. De Beneficijs Christi, & de Ad-  
plicatione.

X. De Cruce & Calamitatibus Ec-  
clesiæ.

I. Locus.

## DE ANGELIS.

Angelus bonus est Substantia crea-  
ta, spiritualis, condita à Deo ad imagi-  
nem ipsius, id est, intelligens, libera &  
iusta, quæ non est pars alterius speciei,  
& est immortalis, confirmata à Deo,  
ut perseveret in donata iusticia, & sit  
ministra Ecclesiæ.

PRIMUM autem, Angelos esse Substantias cre-  
atas & spirituales docet Psalm. 103. Qui facis Ange-  
los tuos Spiritus, & ministros tuos flammam ignis,  
id est, Substantias spirituales, incorporeas, lucidas,  
quæ διαφανεῖα pulchritudine, puritate, agilitate &  
celeritate flammam referunt, ut inquit Chrysosto-  
mus in panegyrico de Angelis primo, θεὸς τῶν  
φῶς, μετὰ δὲ πρῶτον, ὁ ὅς ἐστι δὲ φῶς ἢ φῶτον,  
λέγεται ὁ ἄγγελος. Dionysius in diuinis nominibus  
cap. 4. Angelus est imago Dei, ostensio occultæ lucis,  
speculum purum, nitidissimum, incoinquatum, in-  
macula-



maculatum, incontaminatum, suscipiens totam puritatem boniformis diuinae speciei, & sincere representans in se ipso, quantum possibile est, eam quae in abditis habitat bonitatem.

SECUNDO. Omnes Angeli sunt ministri Spiritus, qui mittuntur ad ministerium propter eos qui sunt futuri heredes salutis. Ebr. 1.

Est igitur officium bonorum Angelorum, seruare Ecclesiam, hoc est, Reprimere Diabolos, seruare Epicureas aut alias falsas opiniones de Deo, & impellentes ad omnis generis scelera & calamitates, ut Daniel. 10. narrat Angelus se pro Rege Persarum cum Diabolo praelatum esse. Item esse nuncios ad reuelationes, ut Luc. 1. & 2. Dan. 9. 10. 11. 12. Item, impedire Tyrannos, & defendere Ecclesiam, Vt 4. Regum. 6. 19. Et Esai. 37. Exercitus Sennacherib, obsidens Ierosolymam, interficitur. Huc tota Historia educationis ex Aegypto pertinet. Item priuatim custodire singulos pios, urbes, regiones, & defendere eam & incolumitatem eorum. Psalm. 33. *Angeli Domini castrametabuntur Angelus Domini in circuitu timoratum eum, & eripiet eos.* Matth. 18. Angeli eorum uident faciem Patris.

TERTIO. Vt omnes homines eiusdem speciei sunt, & tamen donis, officijs, & gradibus distincti. Sic Angelorum quoque sunt officia diuersa et gradus ex quibus diuersa quoque nomina sortiuntur. Vnde nouem Angelorum ordines ex Dionysij de celestibus



ἰσχυρία cap. 7. 8. 9. numerantur, uidelicet Sera-  
phim, Cherubim, Throni, Dominationes, Virtutes,  
Principatus, Potestates, Archangeli & Angeli. Et  
huc accommodant testimonia Col. 1. Ephe. 1. 1. Pet. 3.  
Psal. 103. Sed hæc relinquo.

Studioſi nomina Angelorum, quæ in Scriptura  
uſurpantur.

MICHAEL, Quis ſicut Deus. Dan. 10. 12. Apoc. 12.

RAPHAEL, Medicus Dei. Tob: 3. מִכָּאֵל

GABRIEL, Fortitudo Dei. Dan 8. 9. Luc. 1. גַּבְרִיֵּל

4. Eſd. 4. nominatur VRIEL, id eſt, Lux Dei. &

HIEREMIEL, id eſt, ſublimitas Dei.

QVARTO. Omnes Angeli à Deo conditi ſunt  
ſine peccato, ut dicitur, Vidit Deus cuncta, quæ fece-  
rat, & erant ualde bona. Item Iohan. 8. In ueritate  
non ſtetit. Ergo natura ſpiritus ita condita ſuit, ut  
uera iuſticia & ſanctitate prædita & rectè ordina-  
ta eſſet.

Viſitata autem Eccleſiæ ſententia eſt, Omnes An-  
gelos ſimul primo die conditos eſſe, & in cælum  
cælorum collocatos, ut Luc. 10. Vidi Sathanam, ut  
fulgur, de cælo cadentem. Gen. 1. In principio crea-  
uit Deus cælum & terram. Cælum, id eſt, cælum  
cælorum habitationem Angelorum, & naturas æce-  
leſtes. Sic enim ueteres interpretantur. Terram, id  
eſt, materiam inferioris cæli mobilis ſeu regionis  
æthereæ & elementaris. Non eſſe conditos ante cæ-  
lum,



lum, inde perspicuum est, quia necesse est eis attribui certum locum in quem sint collocati.

QVINTO. Aliqui Angeli libera uoluntate auertentes se à Deo, lapsi sunt, et æternis pœnis propter peccatum destinati. Iohan. 8. Ille in ueritate non stetit.

2. Pet. 2. Deus Angelis qui peccauerant, non percutit, sed catenis tenebrarum in tartarum tradidit in iudicium.

Luc. 10. Vidi Sathanam, ut fulgur de cælo cadentem.

Iudas, DEVS Angelos qui non conseruauerant originem suam, sed dereliquerant propriam habitationem, custodiuit ad iudicium magnæ diei æterni uinculis in tenebris.

SEXTO. Etsi Scriptura nihil tradit de causa peccati Angelorum, tamen probabilis & communis Ecclesiæ sententia est, eos superbia & ambitione ad peccatum impulsos esse. Quod uidelicet non contenti donis, quæ in creatione ipsis à Deo fuerant, honorem filio Dei debitum adfectarint, sicut primos parentes eadem lue ambitionis infectos, in lapsum præcipitarunt. Et huc congruit dictum, Initium & fons omnis peccati est Superbia.

Bernhardus disputat eos inuidencia lapsos esse. Quia egre tulerint Humanam naturam, quam à filio Dei assumendam esse cernebant, sibi anteferrunt.

Et Lactantius lib. 2. cap. 9. itidem scribit inuidencia



dentia & liuore eos ad peccandum adductos esse, quod filio Dei ὁμοδοξία & æqualem honorem cum æterno patre inuiderent. Id quanquam non im-  
pie dicitur, tamen multa eo loco recitantur, quæ cum iudicio legenda sunt.

SEPTIMO. Diligenter consideretur Christi concio loh. 8. Ille homicida erat ab initio, & in ue-  
ritate non stetit, ideo non est ueritas in eo. Cum lo-  
quitur mendacium ex proprijs loquitur, quia men-  
dax est, et eius rei pater. Duo tribuit diabolo, Quod  
sit mendax & homicida.

Mendax est, primum Quia immani odio Dei, deprauat & calumniatur uerbum Dei, & serit im-  
pias opiniones de Deo, ut initio apud Euam exte-  
nuauit authoritatem uerbi Dei, & exemit Eux re-  
uerentiam erga uerbum Dei. Deinde impellit leuia  
& ambitiosa ingenia, ut in Ecclesia excitent falsa  
dogmata & hereses. Postea omnium falsarum opi-  
nionum in doctrinis, fraudum in gubernatione, arti-  
bus, & tota communi uita author est. Est enim men-  
daciū quilibet error & qualibet deceptio ad no-  
cendum comparata.

Deinde est Homicida ab initio, id est, primus oc-  
cidit homines, & coniecit primos parentes ac to-  
tam posteritatem in mortem & tristiss: calamitates.  
Hic exitia corporum, morbos, sterilitatem, bella, se-  
ditiones & omnis generis scelera ac crudelitatem  
erga Ecclesiam molitur, incitat Tyrannos, ut gras-  
sentur,



sentar, impellit multos, ut ruant cœci & furentes in  
tristiss. mala. Deniq; potentia & furor Diaboli hor-  
ribiliter grassantis in genere humano, nulla uoce  
exponi potest, Sed tota mundi historia intuenta est.  
Dementauit homines adeo ut mactationes libero-  
rum, & libidines putarunt esse cultus Dei, Et multa  
flagitia adeo immania sunt, ut impossibile sit ab ho-  
minibus oriri. Sed oremus filium Dei, qui missus est,  
ut destruat opera Diaboli, ut nos contra tam multi-  
plices Diaboli insidias clementer defendat.

OCTAVO. De formis corporeis Dei & An-  
gelorum, in quibus apparuerunt, hoc satis est te-  
nere.

Primum. Certiss. est Deum in specie sue essentia,  
qua Deus est, nunquam ulli mortali esse conspectum,  
ut dicitur Exod. 34. Non poteris uidere faciem me-  
am. Non enim uidebit me homo & uiuet. Item Iob. 9.  
Deum nemo uidit unquam.

Secundo. Certum est filium Dei primis Parenti-  
bus initio dedisse promissionem: Semen mulieris  
conteret caput Serpentis, Ac eundem postea cum  
Abraham, Moyse & c. collocutum esse, ut dicitur Ioh-  
han. 1. Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit mo-  
bis. Non igitur inconcinna est sententia, Filium Dei  
antequam in tempore incarnaretur, se in ea specie  
seu Idea futura sue humane nature Patribus con-  
spiciendum præbuisse, Ita ut ea species seu Idea esset  
expres-



expres: similitudo filij Dei incarnandi, & in eo simulachro uere adesset filius Dei. In hac similitudine nature humane locutus est primis Parentibus, Cain, Noah, Abraham & c. Hanc uidit Iacob cum inquit, Vidi Dominum facie ad faciem. Item Moyses dicitur cum Deo collocutus facie ad faciem, quia in illa similitudine se ipsi offerebat.

Tertio. Angelos quoq; in speciebus corporeis hominibus apparere palam est. Sed an uera corpora adsumant, & unde ac quomodo ea accipiant ac iterum deponant, Augustinus uires sue intentionis excedere fatetur.

Quarto. Et si uarijs formis & prestigijs Diabolus illudit generi humano, tamen ad presentem locum locutum esse, ut clare inquit Iohannes, Serpens antiquus, qui uocatur Diabolus & Satanas, seduxit totum mundum & c. Iohan. 8. Ille homicida erat ab initio, id est, primus. Itaq; serpens tantum actor seu persona Diaboli fuit, per quam locutus est, Cumq; præditus esset Serpens dono calliditatis ad hunc diaboli lusum aptior fuit. Et Eua cum sciret à Deo conditum esse Serpentem, fortasse simul etiam facultatem loquendi diuinitus ipsi attributam fuisse putauit.

Inuoluuntur autem ista tam obscure, ut reseruentur Spiritui Christi illustranda, qui cum in Prophetis fuerit, non dubium est eos has narrationes

I 2 & in



et intellexisse, et Ecclesie perspicuam doctrinam de his materijs tradidisse.

Illud etiam dignum consideratione est, quod Plutarchus scribit in uita Cleomenis, ex Bobus putrefactis apes, ex equis uestras, ex asinis Scarabeos, ex hominibus uero putrefactis, Serpentes nasci. Cum enim serpens initio uirus suum homini adflauerit, ex eo contagio serpentes postea nascuntur.

## II. Locus.

### DE CAUSA PECCATI, calamitatum, et mortis humanæ.

Philosophi propinquas et minus principales malorum humanorum causas utcumque cernunt, uident licet Errores mentis in iudicando, et prauas cupiditates iudicio mentis repugnantes, id dicitur *ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ πᾶντων ἐπιθυμία ὅτι*. Malorum omnium origo est cupiditas. Deinde mortis humanæ, morborum et cæterorum *ἀντομάτων* causas in materiæ fluxibilitate et astrorum positu collocant. Sed radicem omnium malorum et causam principalem sola Ecclesie doctrina in hoc tertio Capite Genes. proponit.

PRIMUM autem hæc sententia firmissime retinenda est, Deum non esse causam peccatorum, nec uelle,



uelle, nec efficere, nec approbare peccata, & condidisse naturas rationales, ita ut bonæ essent, ut dicitur. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant ualde bona. Psal. 91. Rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Soph. 3. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem. Deut. 32. Deus absq; ulla iniquitate iustus est & rectus. Psal. 5. Non Deus uolens iniquitatem tu es. Cum hisce uerbi diuini oraculis congruit etiam saniorum & sapientum Ethnicorum sententia, ut Plato grauiß: inquit πλ. 6. Omni contentione pugnandum est, ne quis in ciuitate quam bene regi uolumus, uel dicat uel audiat DEVM causam esse alicui malorum. Et Homerus ὁδὸς ἔ. οὐ μὲν οὐδέ τι ἔργα θεοὶ μάκαρες ἐλέσσι, ἀλλὰ δὴ κλυτὰ τεύχεα. Et Plutarchus citat Euripidis dictum, εἰ θεοὶ τὶ δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοὶ. Si Deus quid turpe facit, non est Deus.

SECUNDO. Certum est naturas rationales ita conditas esse, ut libere agerent, ut de homine dicitur Eccles. 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui, proposuit ei uitam & mortem, Bonum & malum &c. Estq; LIBERTAS humane uoluntatis, facultas indita hominum naturæ, qua potest uel le obiectum monstratum, uel reijcere, uel suspendere actionem, uel sic, uel aliter agere.

TERTIO. Diaboli & homines sua uoluntate, libere, sine ulla necessitate, & sine ulla coactione

I 3 auerte



auerterunt se à Deo, & peccatum, mortem ac omni generis calamitates in mundum inuexerunt, ut dicitur 1. Ioh. 3. Ab initio Diabolus peccat, id est, primus author peccati est Diabolus, Iohan. 8. Hic homicida erat ab initio, id est, primus occidit hominem Rom. 5. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Cum enim Deus ita condidisset homines, & tanta uirium excellentia instruxisset, ut ipsi obtemperare possent si uoluissent, & uerbum eis tradidisset, in quo uoluntatem suam patefecerat, homines ultro & sua sponte à Deo defecerunt, dum non acquiescunt in uerbo tradito, sed Diaboli mendacia amplectuntur.

QVARTO. Multa inextricabilia possunt contra hanc ueram sententiam ab hominibus ingeniosis colligi. Ac tres sunt materiae, de quibus praecipue disputatur.

- I. De Praeuiſione seu Praescientia Dei.
- II. De Permissione, cur Deus permittit hominem labi cum posset impedire lapsum.
- III. De sustentatione, Cum Deus sustentet naturam peccantem, uidetur occasionem peccandi praebere, ut inquit Cotta apud Ciceronem. Si rationem Dij hominibus dederunt, utiq; malitiam etiam dederunt.

Primum autem DE PRÆVISIONE seu DETERMINATIONE hoc simpliciter tenendum



dum est, Res ita praeuideri à Deo, ut fiunt, non ideo fieri quia praeuisae sunt, ut Eclipses non fiunt propter Astronomi praedictionem, sed ideo praedicuntur, quia futurae sunt. Sic praeuidet Deus lapsum primorum parentum, nec necesse est primos Parentes peccare propter diuinam praeuisionem. Sed ita praeuidentur actiones primorum parentum quales sunt. Quod autem Praeuisio seu Determinatio diuina non sit Stoicum & immutabile decretum, nec imponat necessitatem peccandi, inde manifestum est, Quia omnibus comminationibus poenarum adiuncta est conditio poenitentiae. Ierem. 38. Item in historia Iona Deus decretum de euertenda Ninive retractat. Vide dist. 38. primi sententiarum.

DE PERMISSIONE hoc simpliciter: teneamus. Quemadmodum hi, qui in summo periculo nauigationis sapientem gubernatorem petulanter excutiunt, iuste ab eo deseruntur & pereunt, sic primi parentes contumaciter repudiantes mandatum Dei, & Diaboli mendacia amplectentes, iustis ordine à Deo deserti & relictii sunt.

Hac simplici responsione, quae haud dubie uera est, contenti sumus, nec plus sapiamus quam par est, sed nos ipsos accusemus, quod nostra petulantia Deum offendimus, ut Daniel exclamat: Tibi Domine iusticia, nobis autem confusio faciei. Et Dauid, Tibi tantum sum peccator, & malum coram te feci, ut tu iustificeris &c. Quod si quis hac simplici respon-



sione non est contentus, is sciat Deum non posse cogi, ut reddet nobis rationem omnium quæ facit aut permittit.

DE SVSTENTATIONE, sciamus Deum non sustentare naturam peccantem propter peccatum, sed propter immensam misericordiam, qua non vult prorsus interire suum opus, & de hominibus amplius dici potest, Deum sustentare & conservare genus humanum, ut inde sibi æternam Ecclesiam colligat, & ut impijs spaciū ad agendam pœnitentiam concedatur, sicut pater aliquamdiu fouet filium contumacem, non quod scelere delectetur, sed ut fortius hac mora emendetur.

Hic explicatio usitati argumenti consideratur à Philippo in Locis tradita.

Secundæ causæ non possunt agere sine prima,  
Secunda causa ut uoluntas Eux est proprie causa peccati,

Ergo etiam prima, id est, DEVS, est causa peccati.

R. ad Maiorem. Secundæ causæ non possunt agere sine prima, scilicet sustentante seu conservante posteriores, quas conservat tales quales sunt conditæ, Ignem ut agat naturaliter, uoluntatem ut agat liberè. Et tamen liberrime concurret prima causa, agit quantum uult, & quatenus uult, & aliter concurret in regendis motibus cœlestibus, aliter in sustentanda Eux, cuius uoluntas habet suam quandam  
& pro



& propriam actionem. Hæc est uera explicatio. Et si autem homines contentiosi miros labyrinthos in his materijs struere possunt, tamen omnibus opponamus hanc cœlestem uocem, Non Deus uolens iniquitatem tu es &c.

## III.

DE MODO ET OBIE-  
cto peccati primorum Pa-  
rentum.

Omne peccatum est uiolatio Legis diuinæ & contemptus Dei. Quæcunq; igitur sunt obiecta externa, quæ possunt esse dissimilia, tamen primum & principale obiectum peccati est Deus, & Lex Dei requirens cordis & omnium actionum externarum congruentiam cum uoluntate Dei. Nam peccatum nihil aliud est, quàm contemptus Dei, & discessio à uerbo Dei, & auersio uoluntatis à Deo, quam sequitur conuersio ad externum obiectum illicitum & prohibitum.

Quare cum de lapsu primorum parentum dicitur, non solum pueriliter esus pomi intuentus est, sed primum defectio mentis, & auersio uoluntatis à Deo, & negligentia ac contemptus uerbi & mandati diuini, aspiciatur. Deinde electio externi operis seu conuersio ad obiectum illicitum, hoc est, ad pomum,

I s in quo



*in quo heret Eua extra ordinem in uerbo præscriptum, uagata.*

Summa igitur peccata fuerunt.

1. Contemptus Dei & uerbi diuinitus traditi.

2. Incredulitas dubitans de bona uoluntate Dei.

3. Idolatria antefereus Diaboli mendacia diuino mandato.

4. Horribilis ingratitude pro summis donis, quæ transfuderat Deus in naturam hominum.

5. Ambitio expetens honorem filij Dei proprium.

6. Superbia discedens à uerbo Dei, fiducia suæ sapientiæ.

7. Denique etiam externa uiolatio mandati diuini in mandando pomouetito.

*Hanc peccati magnitudinem expendamus, nec curiose disputemus, An iuste Deus actum finitum, ut esum pomi, puniuerit infinita pœna. Videmus enim & in hoc dilecto & omnibus peccatis inesse contentum & uiolationem infiniti boni, dignam infinita pœna.*

Obferu



Obseruent hoc in loco pueri explicationem usi-  
tati argumenti.

Peccata distinguuntur obiectis,

Maria peccauit circa filium Dei, Eua circa  
pomum,

Ergo Maria grauius deliquit quam Eua.

Respondeo ad Maiorem, Peccata distinguuntur  
obiectis, minus principaliter. Sed principalis distin-  
ctio ex causis interioribus sumenda est. Eua contra  
conscientiam uiolauit legem Dei, Maria nec sciens  
nec uolens neglexit filium. Deinde Minorem nego,  
Eua non tantum circa pomum deliquit, sed multo  
magis in filium Dei, ut catalogus peccatorum, quæ  
in hoc lapsu concurrunt paulo ante expositus est.

Disputant hic de causa impulsiva πρῶτον  
μὲν lapsus Euæ, & de discrimine inter pri-  
mum scelus Diabolicum & primum lapsum  
hominis.

Ex uerbis Diaboli, Eritis sicut Dij, perspicue in-  
telligitur, causam interiorem, qua ad peccandum  
impulsi sunt primi parentes, fuisse superbiam & am-  
bitionem, qua non contenti suis donis, ampliorem sa-  
pientiam & summum gradum imaginis diuinæ ex-  
petebant. Hinc in nostris cordibus eadem flamma  
ambitionis & superbiæ perpetuo flagrant, ut recte  
dicitur Eccles. 10. Initium omnis peccati est super-  
bia, quæ est amor propriæ excellentiæ. Singuli uo-  
lumus



lunus antecellere alijs quoquo modo et nostram auctoritatem magnifieri, & alios nobis subiectos esse. Hinc existunt odia aduersus eos qui uidentur nostram eruditionem, ingenium, aut sapientiam, aut alia bona obscurare. Quare ut hi remoueantur, queritur occasio eos premendi, seu confectis calumnijs seu manifesta uolentia, inde magna dissidia & certamina oriuntur. Ac omnes contentiones in Ecclesia, omnes discordie in tota uita, ex hoc fonte, uidelicet, ex cupiditate excellentie & emulatione & ardore uindictae existunt. Cum autem aduersus hunc furorem nemo possit muniri, ulla quantumvis magna uirtutis praestantia, sine agnitione & imitatione Christi, toto corde in Christi humilitatem inueamur.

Inter scelus Diaboli & lapsum Euae hoc est discrimen, quod ex dist. 21. lib. 2. Sententiarum adscribam. Scelus Diaboli fuit blasphemia, quia cum propius nosset Deum, & non aliunde impelleretur, suo consilio & arbitrio superbe contempsit Deum, & filium Dei. Ideo quia sine alterius impulsu peccauit, per alium ut surgeret iuuari non debuit nec per se potuit, & ideo irremediabile peccatum eius extitit. Sed primi parentes aliunde impulsi ceciderunt. Quia igitur incitatore habuerunt ad malum, non iniuste reparatorem habuerunt ad bonum. Vel sic. Ideo peccatum Diaboli incurabile est. Quia non suggestionem, sed propria superbia cecidit.

Hom.



Homini uero curabile, Quia non per se sed per alium cecidit, & ideo per alium resurgere potuit. Item Angelica natura, quoniam non tota perierat, sed ex parte perstiterat non est redempta, Humana uero tota perierat, & ideo ne penitus perderetur ex parte est redempta, ut inde ruina suppleretur Angelica.

Postremo usitati argumenti explicatio consideretur.

Qualis est persona tales sunt actiones, Qualis est arbor, tales sunt fructus,  
Adam fuit iustus, Ergo,  
Non potuit peccare.

Respondeo ad Maiorem. Qualis est persona, scilicet manens in agendo talis. Ad Minorem, Adam fuit iustus, sed habens liberam uoluntatem, mutans igitur uoluntatem, desinit esse iustus. Nec congruit prorsus similitudo de arbore, Quia arbor non agit libere.

## IIII.

## DE PECCATO

## Originis.

Postquam primi parentes deliquerunt, non solum donis naturæ integræ, uidelicet sapientia mentis, rectitudine uoluntatis, & conuenientia cordis cum Lege Dei spoliati sunt, Sed etiam natura eorum



rum horribiliter deprauata est caligine & dubitationibus de Deo, securitate carnali, diffidentia, fremitu aduersus Deum in erumnis, contemptu iudicii diuini, deniq; omnium affectuum ἀταξία. Cumq; tales essent primi parentes post lapsum, tales etiam procrearunt, ut dicitur Gen. 5. Adam genuit Seth ad similitudinem & imaginem S V A M. Et Rom. 5. Per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem.

Est igitur PECCATVM ORIGINIS non solum obligatio ad mortem & alias pœnas propter lapsum Adæ, sed etiam in ipsa natura hominum corruptio seu defectus, & inclinatio pugnans cum Lege Dei nobiscum nascens & secuta lapsum Adæ, promerens iram Dei & æternas pœnas, nisi fuerit facta remissio. Vt Rom. 5. clarè dicitur, Per unum hominem introiit peccatum in mundum. Ephes. 2. Sumus natura filij iræ. Psal. 51. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Ierem. 17. Præuū est cor hominis & miserum. Roman. 8. Sensus carnis inimicia est aduersus DEVM.

Considerent autem Studiosi hoc in loco ipsius argumenti explicationem.

Peccatum



Peccatum alienum neminem damnat,  
Malum originis est Peccatum alienum, Quia  
propter Adæ lapsum homines rei sunt.  
Ergo neminem damnat.

Respondeo primum ad Minorem. Nego Minorem, Quia malum originis est non tantum pœnæ, ut dicunt aliqui nos plecti propter lapsum Adæ, sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulant filij secundum iusticiam fori, Sed etiam corruptio & prauitas naturæ in omnibus ex uirili semine nascentibus, propter quam rei sumus.

Deinde Maior uera est de iudicio forensi. At Lex Dei inquit: Ego sum Deus fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filijs. Etsi autem fremit humana ratio & clamat Deum crudelem esse, tamen Ecclesia scit nec iram Dei, nec magnitudinem peccati in hac tristi caligine à nobis intelligi, & toto pectore clamat, iustus es DOMINE, & rectum iudicium tuum. Item, Tibi DOMINE iusticia.

Ezechielis concio, Filius non portabit iniquitatem patris, est uox Euangelij. Sed cum non agimus penitentiam, manet iudicium legis, quo propter nostra & parentum delicta damnamur.

V. Locus.



## V. Locus.

DE EFFECTIBVS ET  
 pœnis peccati primorum paren-  
 tum & totius poste-  
 ritatis.

Pœne & effectus peccati sunt, primum ip-  
 NVDITAS, hoc est, priuatio lucis in mente, re-  
 ctitudinis in uoluntate, congruentiæ cordis & omni-  
 um donorum naturæ integræ, & præterea totius  
 naturæ humanæ corruptio ac deprauatio, quæ ip-  
 sate Concupiscentia uocatur, & simul peccatum est,  
 ac pœna peccati, desertione per accidens.

II. Ira Dei & horrendi pauores ac cruciatu  
 conscientie, qui immutabiliter peccata consequun-  
 tur, & sunt mors animæ.

III. Caligo mentis humanæ, quæ in deliberatio-  
 nibus & consilijs multipliciter labitur, Vnde La-  
 cretij uersus.

O miseras hominum mentes, o pectora ceca  
 Qualibus in tenebris uitæ, quantisque periclis  
 Degitur hoc cui quodcumque est.

IIII. Præuæ cupiditates contumaciter repugnan-  
 tes iudicio mentis.

V. Immensa moles tristissimarum confusionum,  
 lapsuum, ærumnarum et calamitatum humanarum,

quarum



quarum magnitudinem & atrocitatem nulla elo-  
quentia humana satis deplorare potest, ut infra di-  
citur, Multiplicabo ærumnas tuas &c.

VI. Morbi & mors corporis, ut dicitur, Puluis  
es, & in puluerem reuerteris.

Et redit in nihilum, quod fuit ante nihil.

VII. Tyrannis diaboli horribiliter impellentis  
imbecilles homines ad tetra & abominanda scele-  
ra, ut cæci ex alijs in alia ruant, & in æternum exi-  
tium præcipitentur, ut Exempla Aſtyagis, Atrei,  
Oedipi, Neronis, mulieris Xantiæ, Saulis, Iudæ &  
ſimilium ostendunt.

VIII. Æterna damnatio.

### VI. Locus.

## DE LEGE DETEGEN- te Hypocrisim & accusan- te peccata.

Vt Adam initio folijs fici suam nuditatem tege-  
re conatur, & postea accusatus uoce diuina, non di-  
sertè fatetur peccatum, sed omnem culpam à se in  
ipsum Deum, uelut iniustum & crudelem iudicem,  
& in alias causas remotissimas deriuat, Sic uniuersa  
hominum natura, eadem hypocrisi infecta est,  
non uult uideri turpis & deformata peccato, non in-  
telligit

K



telligit magnitudinem & atrocitatem peccati, imo interiora mala in corde prorsus negligit, Deinde fascinata admiratione suæ disciplinæ & qualiumcunq; exercitiorum uirtutis, ægerrimè fert laudem iusticiæ sibi detrahi. Cumq; iudicet se propter hoc decus disciplinæ prorsus sine peccato esse, postea in ærumnis fremit aduersus Deum, & accusat eum in iusticiæ & crudelitatis.

Hec arrogantia Hypocritarum reprimenda est uoce legis, quæ est ut Ier. 23. dicitur, Malleus conterens petras, id est, hypocritas, qui non afficiuntur sensu peccati & iræ Dei. Et in cordibus agnitio peccati, quod non tegitur disciplina, ac dolor ortus ex sensu iræ Dei excitandus est, & cum Davide exclamandum. Tibi tantum sum peccator, & coram te malum feci, ut tu iustificeris in sermonibus tuis. Item, Tibi Domine iusticia, nobis autem confusio faciei. Hæc peccati confessio per Legem, quæ est uelut speculum, monstrans nostrarum sordium deformitatem & magnitudinem, extorquetur. Ac proprii & principales legis effectus in hac primorum patrum historia proponuntur.

I. Aperire oculos, ut cernant nostram nuditatem, hoc est, monstrare peccatum, & ostendere nos omni gloria iusticiæ ac sanctitatis exutos, nihil nisi tetras sordes peccatorum in conspectum Dei adferre, ut dicitur Rom. 3. Per legem agnitio peccati.

II. Incipere



II. Incutere horrendos pauores & cruciatus conscientia, qui sunt sensus iræ Dei aduersus peccatum, quam lex denunciat. De hoc effectu dicitur Rom. 4. Lex iram operatur. Et 1. Corinth. 15. Aculeus mortis peccatum est, potentia autem peccati lex est. Et Rom. 7. Per Legem peccatum fit excellenter peccatum.

Nec tantum intelligamus uoce Legis, scriptas sententias Decalogi, aut uiuam prædicationem legis, sed ut inquit Paulus, Lex scripta est in cordibus nostris, accusantibus se mutuo uel defendentibus cogitationibus. Sic Adam, & initio, nondum audita diuina accusatione, cernit suum peccatum, & postea cum uoce Dei arguitur, horrendos pauores sentit, nec quidquam aliud ante reuelatam promissionem statuere potuit, quam se perpetuo abiectum esse. Sic enim ex Lege ratiocinatus est.

Norma iusticiæ Dei æterna & immutabilis est, ut creatura rationalis obediat Deo, uel non obediens in æternas pœnas abijciatur.

Ego non obediui Deo, sed horribili ingratitude ne offendi DEVM, & uiolaui mandatum Dei.

Ergo necesse est me abijci in æternam damnationem.

Ita horrendos pauores ipsi legis diuinæ cogitatio incutit, & ad desperationem ac æternam mortem

K 2 tem



tem eum adegisset, nisi filius Dei promissionem ex  
arcano sinu Patris prolatum edidisset, cuius fide  
ex ingentibus terroribus postea eluctatus, se susten-  
tauit.

Et cum audiuiissent uocem Domini  
Dei deambulantis,)

Non dubium est hac prima patefactione post  
lapsum, quæ fit per uocem, ad auram diei, idq; sub  
uesperam, significatum esse aduentum  
Christi, qui est uox seu uerbum æterni  
Patris, de quo dicitur, Hunc audite,  
& sub uesperam, id est, postremis  
temporibus mundi uenit, ut pectora nostra  
sensu peccati ac iræ Dei torrefacta, gratissima sui  
spiritus aura, & refrigerio, recreet ac reficiat.

Quia fecisti hoc, maledictus es.)

Pœna Diaboli est æterna maledictio, à qua non  
potest liberari Diabolus, & quam totam sentiet in  
se effundi extremo die, nunc super pectus ingreditur,  
id est, horribiliter pauet & contremiscit expecta-  
tione iudicii diuini. Estq; hæc pœna, ut inquit Iob,  
Sempiternus pauor inhabitans. Deinde terram com-  
edit, id est, huius mundi fecibus terrenis implicatus  
est, ut libidinibus, cædibus, idolis, ac propterea  
maledictus est omnibus diebus uitæ suæ, id est, ad om-  
nem æternitatem, ut dicitur Matth. 24. Ite maledic-  
ti in æternum ignem, qui paratus est Diabolo &  
Angelis



Angelis eius. Et 2. Pet. 2. Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed catenis tenebrarum in tartara precipitatos tradidit in iudicium &c.

Maledicatur autem serpenti quoque propter diabolum, qui serpente ad suum scelus abusus erat, & tamen figurate sub ista serpentis maledictione, aeterna Diaboli poena est intelligenda.

## VII.

DE PROMISSIONE  
Euangelij, & de discrimine Legis & Euangelij.

Mirando & inenarrabili consilio diuinitatis ab aeterno, & conditum est decretum, ut filius Dei fieret deprecator ac uictima pro genere humano in peccatum ac mortem lapso, & postea in Paradiso prolata est promissio reconciliationis, ignota omnibus creaturis, qua Deus testatus est, se primos parentes recipere in gratiam, & deleturum esse peccatum ac mortem, & instauraturum iusticiam ac uitam propter uenturum Semen mulieris. Ac immensa amplitudo misericordiae diuinae, & ingens ira aduersus peccatum praecipue conspicitur, quod Deus & recipit homines lapsos, cum iusticia eius sit immutabilis, et sic recipit ut Filius fiat uictima. Hoc mirandum consilium de receptione generis humani

K ;      superans



superans omnium creaturarum sapientiam, primum parentibus patefecit filius Dei, proferens ex arcam sinu eterni Patris hanc promissionem, Semen mulieris conteret caput serpentis. Etsi autem hæc tota ratio impijs ridicula & fabulosa uidetur, tamen percernunt hanc primam promissionem res gratissimas proponere, & continere summam Euangelii & omnium concionum Propheticarum & Apostolicarum fontem esse. Quare à nobis quoque diligenter euoluenda est.

*Primum autem Legis & Euangelii  
quatuor discrimina considerentur.*

I. A forma noticiæ sumptum est, Lex enim in prima conditione hominum mentibus insita, & omnibus naturaliter nota est, ut inquit Paulus, legem in cordibus scriptam esse. Vult enim Deus hanc noticiam Legis in natura esse, ut extet æternum & immutabile iudicium Dei, cuius norma est hæc regale. Natura rationalis lege obligata est, uel ad obedientiam uel ad poenam.

Euangelium uero (quod est gratuita promissio remissionis peccatorum, iusticiæ & uitæ æternæ propter Christum credentibus donandæ) nullis Angelis aut hominibus naturaliter notum est. Sed per filium Dei in Paradiso reuelatum, ut dicitur Ioban.

Filius



Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit nobis. Erit autem illustrius hoc discrimen, si primorum parentum historiam intuebimur. Hi cum lapsi essent, quia nondum edita erat promissio Euangelij, nihil aliud ex lege ipsis insita, & diuina accusatione ratiocinari poterant, quam se in æternum abiectos esse, donec filius Dei consolationem de uenturo liberatore patefaceret.

II. A forma promissionum. Legis promissiones de bonis corporalibus, & de uita æterna sunt conditionales, & postulant perfectam obedientiam, quam hæc misera hominum natura peccato deprauata prestare non potest.

Euangelij autem promissio est gratuita, & remissionem peccatorum, iusticiam & uitam æternam gratis exhibet credentibus, non propter nostram impletionem legis, aut nostram dignitatem, sed propter solum Christum.

III. Ab effectu. Lex sine Euangelio efficit uel hypocrisin in animis hominum, uel ostensa magnitudine peccati, adigit mentes ad desperationem, ut dicitur, Lex iram operatur, & per Legem peccatum fit excellenter peccatum. Item, Aculeus mortis peccatum est. Sed Euangelion est potentia Dei, ad salutem omni credenti, erigit & consolatur mentes lege perterrefectas, flectit corda, ut statuunt se recipi à Deo, & consequi remissionem peccatorum, et

K 4 uitam



uitam eternam gratis & c. ut dicitur Iohan. 1. Gratia & Veritas per Iesum Christum facta est.

IIII. Ab Obiecto. Lex iniustis posita est, uidelicet Epicureis & Hypocritis, quos accusat & condemnat. Euangelium uero proponendum est agentibus poenitentiam & per terrefactis uoce Legis, & querentibus consolationem. Hæc discrimina consideranda sunt, ut accuratis & perspicuis limitibus hæc duo genera doctrinae, Lex & Euangelium discernantur, Quorum confusio perpetuis tenebris totam Ecclesiam inuoluit.

### VIII.

## DE PERSONA Christi.

Luculenta descriptio Personæ CHRISTI ex uerbis primæ promissionis extruitur. Semen enim perpetua phrasi scripturæ significat naturam humanam, integram, & habentem omnes uires ac appetitiones naturæ humanæ proprias. Docet igitur hæc particula promissum liberatorem assumpturum esse naturam humanam. Cumq; mulieris Semen concipitur, manifestum est eum sine commixtione uiri, Spiritus sancti efficacia concipiendum, & ex uirgine nasciturum esse, ut Esaias hanc particulam interpretatur cap. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et Gal. 4.



inquit Paulus: Postquam uenit plenitudo temporis, misit Deus FILIVM suum, natum ex Muliere, haud dubie hanc promissionem intuens, in qua dicitur, Semen mulieris conteret caput serpentis.

Describitur in hac promissione etiam natura diuina Christi, cum inquit, Conteret caput serpentis. Hinc firmissimè ratiocinamur à Proprio. Contere- re caput serpentis, hoc est, ut Iohannes interpreta- tur, destruere opera Diaboli, seu ut Paulus inquit, Conterere Sathanam sub pedibus, est proprium im- mense potentie & diuinæ naturæ.

Hic promissus liberator conteret caput Ser- pentis,

Ergo est uere & natura Deus.

## IX.

DE BENEFICIIS  
Christi, & de Applica-  
tione.

Ideo reuelata est primis Parentibus promissio de Semine contrituro caput Serpentis, ut in hor- rendis pauoribus ortus ex sensu iræ Dei aduersus suum lapsum, scirent, FILIVM factum esse depre- catorem pro genere humano, & fore placatorem iustæ & ingentis iræ Dei, & hac consolatione se su- stentarent. Sic enim ante promulgatam promissio- nem ex Lege ratiocinabantur.

K § Regula



Regula iusticiæ diuinæ immota est, irasci peccato & abijcere inobedientes,  
Nos horribiliter defecimus à Deo,  
Ergo unà cum Diabolis abijciemur in aternas pœnas.

Hæc demonstratio toti naturæ rationali insolubilis, miranda ἐπιτακτική sic à Deo mitigata est. Cum Lex Dei obliget uel ad obedientiam, uel ad pœnam, & primi parentes non obedierint Deo, iustissimum erat eos abijci in aternas pœnas. Sed immensa misericordia Filius Dei pœnam in se deriuabit, & ἡ ἡμετέρα pro peccatis in cruce persoluet. Et propter hanc compensationem & precium à Filio persolutum, promittit Deus se ita Homines recepturum esse, ac si ipsi pœnam sustinuissent, & iusti ac sine peccato essent.

Hanc Dei promissionem primi parentes fide complectentes, iterum recepti & reconciliati Deo sunt, & donati Spiritu sancto, noua iusticia & uita æterna. Ac omnes electi omnibus temporibus hoc modo, uidelicet fiducia promissi Seminis à Deo recepti sunt, ut dicitur Act. 15. Credimus nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluari, quemadmodum & patres nostri &c.

Possunt autem præcipua beneficia Christi hoc modo distribui.

- I. Liberatio ab ira Dei.
- II. A maledictione Legis.

III. A peccato



- III. A peccato.
- IIII. A morte.
- V. A Tyrannide Diaboli.
- VI. Reconciliatio cum Deo.
- VII. Donatio Spiritus sancti & nouæ iusticiæ.
- VIII. Gubernatio in uocatione & omnibus uitæ.
- IX. Victoria aduersus Diabolum. (periculis.
- X. Donatio Vitæ æternæ.

Hæc beneficia omnia complectitur Deus hac breui oratione, Conteret caput Serpentis. Ac significat uenturum Liberatorem euertere Regnum & potentiam Diaboli, & placare iram Dei, & peccatum ac mortem abolere, & restituere Ecclesiæ Iusticiam & Vitam æternam, Cumq; nerui potentie Diaboli sint peccatum & mors, necesse fuit à Christo uictore Serpentis, initio placari iram Dei, quam peccatum irritat, & tolli mortem, quæ iusti: ordine peccatum comitatur, & sic prorsus regnum Diaboli conculcari.

Hanc gloriosam uictoriam, & contritionem serpentis, & eersionem Regni Diabolici, illustribus uerborum luminibus exornat Paulus Coloss. 2. Remittens nobis omnia peccata, delens Chirographum quod aduersabatur nobis in decretis, & ipsum sustulit ex medio, affigens cruci, expoliatoq; principatus,



patus, ac potestates ostentauit, triumphans de eis per semetipsum. Et Rom. 16. Dominus conteret Satanam sub pedibus uestris. Q. d. Etsi horrendos morsus singulis infligit Diabolus, tamen iacet sub pedibus, non potest se erigere, reprimitur à Christo, & tandem prorsus conculcabitur.

## T E X T V S.

Inimicitiam ponam inter te & Mulierem.)

Pœnæ peccati supra commemoratæ sunt, inter quas septima fuit, Tyrannis Diaboli, quem in hoc loco prædicat Deus horribili odio persecuturum esse mulierem, & totum genus humanum, & horribiliter grassaturum aduersus homines. Defendit autem Christus ad se confugientes, & reprimat Diabolum, ne possit grassari ut cupit, sicut Adam ipsum restituit, & postea in multis doloribus exercit. Vult autem Deus nos quoque cum Diabolo, tanquam milites stantes in acie, assidue præliari. Ac descriptio tegumentorum & armorum, quibus ad nostram defensionem & ad feriendum hostem opus est, transferatur ad hanc Moysi concionem ex capitulo 6. Ephes.

Ipsam conteret caput tuum.)

Prima promissio Euangelij de Christo, qui est Semen mulieris seu filius Virginis, qui conteret caput,



put, hoc est, regnum Diaboli, hoc est, abolebit peccatum & mortem. Sic enarrat hanc promissionem prima Epist. Iohan. 3. In hoc apparuit filius Dei, ut destruat opera Diaboli. Et Paulus, Dominus conteret Sathanam sub pedibus. Et Christus Ioh. 16. Princeps mundi huius iam condemnatus est. Et Coloss. 2. Duxit Christus in triumpho Diabolos & c.

Et tu mordebis calcaneum eius.)

Passio Christi & omnium piorum calamitates describuntur. Primum enim Serpens in Christo altius & maiore seuicia & uirulentiore morsu, quam in ullo homine alio dentem fixit, & crudelissimis uulneribus hanc uictimam lacerauit. Deinde in singulorum piorum cordibus Diabolus aliqua seu uulnera facit, ut penè opprimantur desperatione. Sed tamen ut Christus non mansit in morte, sed resuscitatus gloriosum triumphum edidit de Diabolo, & huc letissimum pæana usurpauit. O mors ubi est aculeus tuus, o inferne ubi est morsus tuus. Sic omnes pii hac promissione Dei se sustentent, quod audiunt non caput, sed plantam pedis sauciari, & Christum manere uictorem, & sanare hæc nostra uulnera, cum ad eum confugimus.

Mulierī quoq; dixit.)

Mors & omnes afflictiones corporales, quæ hic  
recen-



recensentur, poenae sunt peccati, quas imponit Deus primis parentibus, iam à se receptis, non ut sint satisfactiones pro poenis purgatorij uel morte aeterna, sed ut his signis reatus circumdati, agnoscent suum lapsum & iram Dei, & peccata corrigant & emendent.

Pingunt aduersarij hac impositione poenarum corporalium suas satisfactiones, quarum integra refutatio in doctrina de poenitentia institui solet.

Poenae autem muliebri sexui hoc in loco impositae, sunt omnes arumnae & dolores in gestatione fetus, partu, educatione liberorum, & tota consuetudine coniugali. Nam uocabulum Haron non solum conceptum, sed totum illud tempus quo foetus est in utero, & egressionem ex utero significat.

Et ipse dominabitur tui.)

Viro potestas regendi, defendendi, docendi, gubernandi committitur, non solum mulierem, sed etiam publicum coetum et politiam, quarum initium est societas uiri & mulieris. Ac intelligatur dominatio in mulierem non tyrannicum, Sed, ut Petrus ait, scientia Ephes. 5. Vir est caput mulieris.

Illud autem diligenter considerandum est hanc crucem muliebri sexui impositam, uelut poenam & maledictionem, pijs mulieribus in gloriam & benedictionem conuerti, ut dicitur 1. Timotheo. Saluabitur mulier per generationem filiorum,



manferit in fide, dilectione, castitate & modestia.

Labor etiam qui tanquam pœna peccati Adamo imponitur, in pijs non solum pœna esse definit, sed etiam peculiaris Dei cultus existit, ut dicitur Psal: 128. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Imo seuerissimum Dei mandatum est, ut ocium uelut nocentissimam pestem fugiamus, & diligenter, fideliter, ac constanter labores nostræ uocationi conuenientes faciamus, & laboribus honestis, ea, quæ in omni uita necessaria sunt, comparemus, et societatem hominum communem inuenius, ut præcipitur 1. Thess. 4. In hoc sitis ambiciosi, ut faciatis propria, & proprijs manibus laboratis. Et 2. Thess. 3. Longa & graui oratione ignauia taxatur.

Promisit etiam Deus in officijs uocationum obediendis auxilium, & ostendit labores nostros non inanes, sed nobis & alijs saluare fore, ut dicitur 1. Corinth. 15. Labor uester non erit inanis in Domino.

Et uocauit Adam nomen uxoris suæ Eua.

**¶** Hauah, id est, *Viua* seu uiuificatrix, uel quia genus humanum mortuum, per ipsius partum erat uiuificandum. Sperabat enim Adamus suam coniugem illam fore mulierem, cuius benedictum Semen caput Serpentis contritum esset, ut Eua inquit cap. 4. Possedi hominem Deum.

Fecit



Fecit quoque Dominus eis tunicas pelliceas, & induit eos.)

Deus non solum de uictu, sed etiam uestitu primis parentibus prospicit. Et significat tegi nostram nuditatem seu peccatum, ueste seu iusticia uictima CHRISTI. Nam lapsi primi parentes cognouerunt se esse *NVDOS*, hoc est, spoliatos luce recte agnoscente Deum & rectitudine uoluntatis & omnium uirium ἐν τῇ ἀρετῇ, denique omni gloria & dignitate, quam ante lapsum habebant.

Conantur autem tegere peccatum folijs ficis, in oculos incurrat, sic omnes homines sine luce Evangelij, existimant se peccatum externa disciplina & iusticia tegere, & propter hoc decus in rebus secundis mirifice sibi placent.

Sed quemadmodum Deus Adamum postea uel pelle Agno detracta, sic peccatum non nisi Christo Agno seu uictima tegitur, ut dicitur, Beati qui non tecta sunt peccata, umbraculo filij Dei.

Hanc Christi iusticiam induere nos oportet, non nudi in conspectum Dei uenire uolumus, ut dicitur Gal. 3. Christum induistis, id est, uestiti estis iusticia Christi. Item Esai. 61. Induit me uestimentis sanctis, & uestimento iusticie circumdedit me. 2. Corinth. 5. Superinduemur, si tamen induti, non reperiemur.

Donec reuertaris in terram, unde



sumptus es. Quia puluis es, & in puluerem reuerteris.)

Mors diuinitus imposita Adamo, & si poena est peccati, tamen simul continet grauissimam consolationem, quod uidelicet, & finis aliquando futurus sit ingentium miseriarum, quibus in hac uita subiciebatur, & non redigendus sit in nihilum, sed quod corpus ipsius arumnosum, morte consumptum ac putrefactum, denuo per uenturum liberatorem sit renouandum ac glorificandum. Cum enim promissio naticinetur de abolendo regno Diaboli, hoc est, peccato & morte, intelligebat Adamus naturam suam renouandam esse, ut copiose hanc doctrinam illustrat Paulus 1. Corinth. 15. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptibilitate. Primus homo de terra terrenus, Secundus coelestis & spiritualis etc.

Nec dubium est ad hunc ipsum locum Genesis respexisse Esai. cap. 26. Viuent mortui tui & c. exsurgisimini & letamini qui habitatis in puluere & c. Et Daniel cap. 12. Multi de his qui dormiunt in puluere, euigilabunt. Et Iob 19. Scio quod Redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum.

Addenda est igitur ad hanc concionem, de morte corporis, tota doctrina de Resurrectione corporum & uita aeterna, cuius certam spem se concepisse

L

se Ada-



se Adamus, ipsa Eue nomenclatura ostendit. Idem enim nominauit eam uiuificatricem, quia statuerat se fide promissi Seminis, abolita morte, uicturum esse. Et pia est altera quoque appellationis ratio, quia sperauerit Adamus Euam istius promissi Seminis matrem fore.

## X.

DE CRUCE ET  
calamitatibus Ecclesie.

Etsi per promissionem Seminis primi parentis à Deo recepti sunt, tamen uarijs ac ingentibus arum in hac uita subiiciuntur. Ac omnibus temporibus uera Ecclesia Dei præ reliquo genere humani tristissimis miserijs onerata est.

Causæ igitur istius oneris, quod sustinet Ecclesia, & consolationes opponendæ diuinitus patefactæ, diligenter considerentur, quas in Loco de Cruce & Calamitatibus in Locis Theologicis Philippi, Auditores inueniunt. Ac primum impulsuas intueamur, quarum prima est Lapsus primorum Parentum, & peccatum commune totius generis humani, propter quod omnes homines uniuersaliter morti corporali, & ceterarum miserijs subiecti sunt, ut clarè hic dicitur, Quia cœdisti de ligno &c. reuerteris in terram, unde factum est



tus es. Item Rom. 5. Per peccatum mors intrauit in mundum. Et Rom. 8. Corpus morti destinatum est propter peccatum.

Secunda. Interior immundities naturæ (uidelicet dubitationes de Deo, securitas, neglectio Dei &c.) quam cum mundus negligat, uult tamen Deus ab Ecclesia agnosci & corrigi, ideoq; durius eam premit.

Tertia. Odium Diaboli rabiosius insidians Ecclesiæ, ut dicitur hic: Serpens mordebit calcaneum eius.

Quarta. Certa delicta Sanctorum in Ecclesiâ, quæ certis pœnis plectuntur.

Deinde Sex causæ finales calamitatum Ecclesiæ cogitentur, quarum Prima & principalis est, ut agnoscat iram Dei aduersus sua peccata, & in ea crescat pœnitentia, timor Dei, inuocatio, & ceteræ uirtutes, ut dicitur: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Sic Adam & Eua sentientes onus calamitatum, quod hic eis imponitur, & postea necem filij Abel spectantes, intelligebant sese admoneri de suo peccato, & tamen norant Deum uelle, ne spem uitæ æternæ abijcerent, sed firma fide promissionem de Semine abolituro mortem & peccatum amplecterentur, & certissima spe & suæ & Abelis uitæ restitutionem expectarent.

Secunda, Vt afflictiones sint testimonia doctrinæ

L. a. n.e. 2. Tē



ne. 2. Timoth. 3. Qui uolunt piè in Christo Iesu uiuere, persecutionem patientur.

Tertia, Vt sint testimonia immortalitatis.

Quarta, Vt efficiamur similes imaginis filij Dei.

Quinta, Vt appareat Sanctos uniuersam obedientiam præstare principaliter propter gloriam Dei.

Sexta, Vt appareat Ecclesiam non humanis consilijs & præsidijs, sed ab ipso filio Dei capite & digne Ecclesiæ, colligi, defendi & seruari.

Hæ causæ nobis semper in conspectu & ob oculos uersentur, & è regione, Loci præcipuarum consolationum (uidelicet, Neceßitas obediendi Deo, Dignitas Virtutis anteferenda omnibus ærumnis, Bonæ conscientia, Exempla filij Dei, Abelis et omnium Sanctorum. Promissiones Dei, quæ affirmant Deo placere obedientiam in cruce, & promittunt auxilium & mitigationem in hac uita, & liberationem post hanc uitam, Fides, Inuocatio, Spes auxilij & uitæ æternæ) collocentur, quibus mentes magnitudine istius oneris pressas erigamus, ut Deo obediant, nec ei irascantur, uel contra alia Dei præcepta faciant, sed moderentur dolorem & auxilium, mitigationem, liberationem, & tandem uitam æternam à Deo expectent.

Ecce Adam quasi unus ex nobis factus, sciens bonum & malum.

Obiura



Obiurgatio figurata, sed tamen tristis, & uehementis, non tantum ideo tunc facta à Deo expulsuro hominem ex Paradiso, ut esset concio poenitentiae de agnoscenda ingenti illa ingratitude, qua aequalis Deo esse concupiuerat, sed principaliter, ut sit admonitio, de cauendis in posterum Diaboli insidijs et mendacijs, Eo enim consilio Deus in hac obiurgatione, ipsa, mendacis illius & homicidae uerba repetit, ut fixum maneat animo Adæ, qua causa & occasione in hasce tot & tantas calamitates inciderit, uidelicet, quod abduci se à uerbo Dei passus sit, et diaboli mendacijs paruerit, & aequalitatem Dei expectauerit. Debet igitur, cum ex ista obiurgatione, tum ex tanta mole poenarum comitantium, discere Adam cum tota posteritate summam hanc sapientiam, uidelicet uerbo Dei perpetuo adhærendum & credendum esse.

Nec sunt hæc uerba Dei inuidi, aut acerbe insultantis misero Adamo, sed sunt pathetica uerba filij Dei, ostendentis se affici sensu, & συμπάθεια ingentium miseriarum Adami, Q. d. Ach Adam, quam miserabiliter deceptus es à Diabolo, promittente tibi aequalitatem Dei, & summū gradum imaginis, & sapientiae diuinæ, nunc ex Paradiso eijceris, & non solum priora dona, sed etiam uitam eternam, quam esu ligni uitæ conseruare poteras, amisti, Eris tamen aliquando similis Deo, cum cruce ac

L 3 morte



morte corpus purgatum renouabitur, ut dicitur  
1. ioh. 3. Cum apparuerit erimus similes ei.

Et collocauit Cherubim:)

Angelus armatus gladio Legem significat, quæ  
cum sit ministerium mortis & potentia peccati,  
omnes accusat & damnat, & à uita æterna arceat.  
Vt autem primi parentes initio propter peccatum  
ex Paradiso exulare coacti sunt, sic deinceps  
tota Ecclesia & omnes pñ perpetua ex-  
ilia sustinent, ut de hoc primo exilio ge-  
neris humani commonefiamus, & cogi-  
temus ideo filium Dei exulem factum  
esse, ut nos exules in Paradisum  
& cœlestem Patriam reduceret.

## CAPVT QVARTVM.

### LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Ecclesia primorum parentum  
& de discrimine ueræ Ecclesie  
Dei, & cœtus hypocritarum.
- II. Cum duæ sint notæ monstrantes  
Eccle-



*Ecclesiam, videlicet puritas doctrinae Euangelij, & legitimus vsus Sacramentorum, Secundo loco, de summa doctrinae, quae in primorum parentum Ecclesia sonuit, dicendum est.*

III. *De Iusticia fidei.*

IIII. *De Inchoata obedientia, seu iusticia inherēte, et quomodo Deo placeat, & de discrimine interioris obedientiae, & externorum cultuum, seu Sacrificiorum.*

V. *De Sacramentis, & vero eorum vsu.*

VI. *De Sacrificijs.*

VII. *De discrimine peccati dominantis & non dominantis, seu Mortalis & Venialis.*

VIII. *De Extremo Iudicio, & immortalitate, & piorum praemijs*

L 4 &



& impiorum supplicijs eternis.

Reliquæ materiæ minus principales, ut de in-  
credibili desiderio uidendi Messiam, quod tenuit  
primos parentes, de æmulatione, de odio hypocri-  
tae, de securitate carnali, de πολυγαμία &c. in enu-  
rando Textu recitabuntur.

## I.

DE ECCLESIA  
primorum Parentum.

Vult Deus in genere humano aliquem uisibilem  
coetum esse, in quo uera ipsius noticia, & inuocatio  
luceat, & cui soli sapientiam suam ac bonitatem  
communicet, & qui solus æterna ipsius consuetudine  
fruatur. Ideo & condidit genus humanum, & po-  
stea Adæ & Eux lapsis rursus se patefecit, ac pro-  
missionem eis tradidit de uenturo Semine. Hanc om-  
nes fide amplectentes recipiebantur à Deo, et mem-  
bra æternæ Ecclesiæ Dei fiebant.

PRIMUM autem firmissime statuendum est,  
Nullam Ecclesiam Dei, & nullos ui-  
tæ æternæ hæredes esse in eo coetu,  
qui non habent noticiam & ministere-  
rium promissionis de CHRISTO,

Ut cla-



Vt clarè dicitur Act. 4. Non est in alio quoquam salus. Ephes. 2. Estis Templum Dei, conciuēs sanctorum, extructi super fundamentum Apostolorum etc. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS. Quare execrandi sunt eorum furores, qui Ethnicos ignaros Euangelij, in cælum transferunt, & qui fingunt primos patres sola lege naturæ, sine agnitione Christi saluatos esse. Vna est enim & sola Ecclesia Dei, & uno ac eodem modo omnes uitæ æternæ hæredes saluati sunt, uidelicet fiducia misericordie propter Messiam promissæ, ut clarè dicitur Ebr. 11. Fide obtulit Abel maiore hostiam, per quam testimonio diuino pronuntiatus est esse iustus. Item Act. 15. Credimus nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluari, sicut & patres nostri. Fuit itaq; in Ecclesia patrum noticia Messiae, de quo sciebant editam esse promissionem, Semen mulieris concubabit caput Serpentis.

SECVNDO. Vera Ecclesia Dei est cœtus piorum, qui uere credunt promissioni de Christo, & sanctificantur per Spiritum sanctum, ut fiant hæredes uitæ æternæ, & habent externam notam, uidelicet, purum uerbum DEI, & legitimum Sacramentorum usum.

L s Sic



Sic definit Ecclesiam Paulus Ephes. 15. Item Timotheus Ephes. 2.

Ac competit hæc definitio uiuis membris Ecclesie uisibilis, quæ sunt re & nomine Ecclesia, & Spiritu sancto ad uitam æternam gubernantur.

TERTIO. Hæc uera Ecclesia populi resuscantis ad perpetuam uitam, alligata est, non ad carnalem generationem, aut successionem ordinariam, aut alias prærogatiuas, sed ad solum uerbum Dei promissionem de Christo, sicut dicitur Ioh. 1. Quos quot receperunt eum dedit eis potestatem filij Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis & c. sed ex Deo nati sunt. Et Rom. 5. Non filij carnis sunt filij Dei, sed filij promissionis. Quam etsi hæret in Adam opinio, filium Cain fore hæredem, quia ex ipso natus esset, tamen Deus repudiatus Cain primogenito Abelum elegit. Et semper est Ecclesia non penes eos, qui sibi arrogant titulum præpter carnales, seu alias politicas, aut legales prærogatiuas, sed penes alios ignobiles, spretos, abiectos in quibus lucet Euangelium, & qui nati sunt ex Deo, ut tempore Mariæ Ecclesia erant Zacharias, Simcon, Ioseph, Anna, Elizabeth, Pastores, & alij miles, non Pontifices, Pharisei, & alij gubernantes Ecclesie tenentes.

QUARTO. Accuratissime hic cætus ueræ Ecclesie discernendus est à cætu hypocritarum, quorum duo sunt genera.

Hypocritarum



Hypocritæ alij de doctrina cum pijs externa professione consentiunt, nec sunt polluti externis Idolis, qui etiamsi honesta disciplina suos mores regunt, tamen in corde sunt sine uero timore Dei, sine fide, & sue iusticiæ fiducia ad Deum accedunt, ut Pharisæus Luc. 18. Sic Cain initio propter carnalem prerogatiuam se fratri antefert, & existimat se propter sua sacrificia & merita Deo placere. Tales Hypocritæ semper Ecclesiæ admixti sunt, nec humano iudicio agnosci possunt. Etsi autem uocantur & sunt mortua membra, tamen cum funguntur munere docendi, & administrant Sacramenta, Deus per eorum ministerium propter suam promissionem est efficax, etiamsi eorum personas post resurrectionem à uiuo corpore Ecclesiæ auellet.

Alij sunt palam impij, polluti falsis opinionibus, qui stabiliunt Idola, impiam doctrinam pertinaciter defendunt, ueram oppugnant, & Cainico odio & parricidijs ueram Ecclesiam persequuntur, ut Cain, qui est pater omnium hypocritarum, acerbissimo odio erga fratrem inflammatus fuit. Tales etsi titulum Ecclesiæ sibi propter carnalem generationem aut successionem ordinariam arrogant, & plerunq; in Ecclesia dominantur, tamen non sunt membra Ecclesiæ, ut Christus inquit ad Phariseos: Vos ex patre Diabolo estis. Iohan. 8. Galat. 1. Si quis aliud Euangelium prædicauerit, anathema sit.

Pij igi-



Pij igitur mandato diuino, se ab huiusmodi Hypocritis, etiamsi ordinariam Ecclesie gubernationem tenent, segregare coguntur, ut Christus & Apostoli se à Phariseis sciungebant.

Etsi nunc quoque nostri aduersarij autoritate, multitudinem, potentia, ac titulo Ecclesie nobis antecellunt, tamen sciamus uera Ecclesie Dei membra esse non Cainicos Hypocritas, sed homines pios qui ueram uera doctrinam retinent, & uera inuocatione pijs officijs Deo seruiunt.

### II. Locus.

## DE DOCTRINA qua sonuit in Ecclesia Patrum.

Vna est de Lege & Euangelio doctrina Ecclesie omnium temporum, qua omnes Sancti, ab initio mundi, ante & post Christum ex Virgine nati, uati sunt. Quare non dubium est primos patres suis filijs & posteris tradidisse doctrinam de omnibus Articulis principalibus cum nostra consensentem.

De Deo.

De creatione rerum.

De suo lapsu, & poenis eius lapsus.

De insidijs Diaboli.



De causis mortis, & omnium miseriarum humanarum.

De promissione uenturi Seminis, quo placanda erat uera & ingens ira Dei.

De delendo peccato.

De restitutione uitæ æternæ.

De Fide accipiente remissionem peccatorum, & uitam æternam.

De discrimine actionum bonarum & malarum diuinitus insito naturæ hominum.

De discrimine huius naturalis noticiæ & promissionis prolatae ex arcano sinu æterni Patris de Semine.

De futuro iudicio uniuersi generis humani.

Item, de suis sacrificijs, quæ docebant uincula esse publicorum congressuum, in quibus doctrinam de promissione propagari necesse esset, & picturas esse communes facientes de mactatione uenturi Agni, hoc est, promissi Seminis &c.

### III. Locus.

## DE IUSTITIA fidei.

Ebræ. 11. dicitur. Fide Abel meliorem hostiam, quam Cain, Deo obtulit, per quam (Fidem) testimonio diuino pronunciatus est esse iustus, testificante super



super donarijs ipsius Deo, & per hanc mortuus est  
huc loquitur.

Perfpicue hoc dicto affeuerat Paulus, personam  
Abelis coram Deo iustam, id est, acceptam esse, &  
noua ac eterna uita donari, non propter propria  
uirtutes, merita, aut sacrificia, sed per solam fidem  
hoc est, fiduciam in merito et sacrificio promissi  
minis adquiescentem. Certissimum est igitur Adam  
Abel, Seth, & omnes electos omnibus temporibus  
coram Deo iustificari, hoc est, accipere remissionem  
peccatorum, & reputari seu pronuncitari ius-  
tos, id est, acceptos & Deo placentes, non propter  
dignitatem, sed Gratis, sola Fide, quæ est non solum  
iusticia promissionis, et totius doctrine à Deo nobis  
data, sed etiam assensus, quo amplectimur promissionem  
reconciliationis seu imputationis iusticie propter  
Christum donandæ, & fiducia, iuxta promissionem,  
in Christo acquiescens.

Cum autem dicitur Abelum uel Paulum fidei-  
stum esse, hæc propositio correlatiue intelligenda  
est, de obiecto seu termino fidei, hoc est, Christo  
diatore monstrato in promissione reconciliationis  
quam fides apprehendit & nobis applicat. Solus  
enim Christi meritum impulsiva, & principalis  
stræ iustificationis causa est. Sed hæc propositio  
Fides iustificat, tribuitur iustificatio causa im-  
mentali, ut utrumque sciamus, & dari reconcilia-  
tionem ac iusticiam propter solum filium Dei, &



beneficium fide apprehendendum & nobis applicandum esse.

Ideoq; & exclusiuas particulas, Gratis, sine operibus, sola fide, necesse est retineri, ut debitus honor redemptionis filio Dei tribuatur, conscientie in uera poenitentia certam & firmam consolationem habeant. Excludunt enim he particule reliquas uirtutes, non ut non adsint, sed ut non sint cause reconciliationis, & transferunt causam in solum Christum Mediatorem fide apprehensum.

#### IIII. Locus.

### DE BONIS OPERIBUS seu de inchoata obedientia.

Iusticiam fidei necessario sequi debet noua obedientia interior seu exterior, quam & precipi diuinitus, & in persona fide iustificata Deo placere & ornari premissis, duo huius cap. testimonia ostendunt, uidelicet, Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et prima concio habita ad Cain, quae hoc modo iuxta Ebraei sermonis proprietatem transferenda est.

Si bonus fueris erit acceptio, sin autem malus fueris, peccatum tuum quiescet, donec reuelabitur. Ad te erit appetitus eius, & tu dominaberis ei.

Estq;



Estq; hæc uersionis ratio Vox נשׂא Seeth deducitur à uerbo נשׂא Nasa, quod pro uarietate Synonymi significat, accipere, gerere, leuare, remittere. Hoc autem in loco, ad totam seriem orationis, & circumstantiarum, maxime accommodata est significatio acceptionis.

Vox פתח Petah, etsi sæpe portam significat, men Lamed litera Bachlam addita, uidetur genitium efficere, ut sit sententia, Peccatum tuum cubabit, seu quiescet ad reuelandum, hoc est, donec reueletur.

Particula אל El est præpositio ad. Vertenda igitur uox עליך Elecha, ad te erit appetitus peccati, id est, peccatum sollicitabit te prauis inclinationibus, flammis, odij, liuoris &c. his repugnes. Hoc autem magis perspicua fiat explicatio huius doctrinæ de inchoata obedientia, in aliquod membra distribuam.

PRIMUM: Etsi noua obedientia nec inchoationis, nec uitæ æternæ meritum est, tamen propter multas causas à nobis necessario inchoari debet. Nam sine ea nec remissio peccatorum, nec fides nec uita æterna retineri possunt, ut hic dicitur, bonus fueris, erit acceptio. Item Matth. 19. Si uultis ingredi in uitam, serua mandata. Et ordinatio Dei mandatum æternum & immutabile est, ut uolumus ipsius obtemperemus, & prauis motibus peccati nostræ natura grassantis repugnemus. Id illustrabo



uerborum luminibus hic traditum, repetit & enar-  
rat Paulus Roman. 6. Non dominetur peccatum in  
mortali corpore uestro, ut obediat appetitionibus  
eius. Item, Peccatum uobis non dominabitur. Graf-  
santur in nobis uitiosæ appetitiones, acres impetus,  
ad peccata, uidelicet prauæ dubitationes, securitas  
carnalis, superbia, fiducia nostri, incēdia libidinum,  
odiorum, cupiditatis uindictæ. His dominari iubet,  
non obtemperare, sed auxilio Spiritus sancti, & di-  
ligentia uoluntatis repugnare, ut Ioseph repugnat  
flammis libidinum. Hæc de prima quæstione. An sit  
necessaria noua obedientia teneantur.

**SECVNDO;** Noua obedientia  
est prælucente fide in Christum præ-  
stare opera à Deo mandata hoc fine  
immediato aut principali, ut Deo præ-  
stetur obedientia & honos.

Valde autem prodest meminisse discentes ferè  
synonima esse hæc uocabula.

1. Noua obedientia.
2. Iusticia bonæ conscientia seu ope-  
rum.
3. Cultus Dei.
4. Bona opera.
5. Virtus.

M

6. Bonum



6. Bonum propositum, *προαίρεσις*  
Philosophia.
7. Bona conscientia.
8. Sacrificium laudis.
9. Iusticia inherens, sic uocant adu-  
sarij nouam obedientiam.
10. Inchoata obedientia.
11. Mortificare actiones carnis  
ritu.
12. Dominari appetitionibus pec-  
ti &c.

TERTIO: Duplex est Obedientia. Interior, principalis, & Ecclesiae propria; est in corde habere motus congruentes legi Dei, excitatos à Spiritu sancto, quales sunt interna agnitio Dei, timor Dei, uera fiducia misericordiae in Deo acquiescens, dilectio Dei, patientia in ærumnis, humilitas non ficta, uera inuocatio facta in spiritu & ueritate &c. Hanc internam obedientiam omnibus externis cultibus praelucere oportet, ut dicitur hoc in loco. Si bonus fueris, erit accepta oblatio.

Exter



Exterior obedientia docendi causa iterum distribui potest, ut Alia sit Moralis, quæ est præstare externam disciplinam, seu facere externa opera Decalogi, quæ etiam ab impijs utcunq; simulari possunt, etiamsi cor est sine uera poenitentia, & fide, ut in Phariseo, Luc. 18. in Socrate, Aristide, Cicerone.

Alia Ceremonialis, quæ est obseruatio Ceremoniarum & exteriorum Sacrificiorum, quæ in hoc loco Cain, & omnibus ætatibus magna pars generis humani, putat mereri remissionem peccatorum, & esse cultus Dei ex opere operato, id est, sine interioribus motibus poenitentia, timoris, & fidei intuitus Christum. Hunc errorem semper taxauit Deus, ut Gen. 4. Psal. 49. Psal. 50. Jerem. 7. Osee. 6. Et docuit non ualere ceremonias, nisi prius iacto fundamento, hoc est, agnita promissione de Messia, & accepta remissione peccatorum, & incoata obedientia morali.

QVARTO, Cum tanta sit imbecillitas huma-

M a na, tanta



na, tanta appetitionum ἀταξία, & contumacia  
ta Diaboli tyrannis, scire oportet, quomodo  
obedientia incoari possit.

Etsi autem fieri sacrificia & externi more  
gi, & affectus domari solis uiribus humanis al  
modo possunt, tamen dominari peccato, hoc est  
rari à reatu & uincere Diabolum, & interior  
obedientiam inchoare, sine agnitione Christi  
auxilio Spiritus sancti non possumus, ut dicitur  
Semen Mulieris conteret caput Sa  
pentis.

Nec dubium est patres contulisse promissionem  
ad hanc concionem de obedientia, & docuisse  
steros, unde orta sit affectuum contumacia, &  
remissio peccatorum propter Semen uenturum  
missa sit, & quod propter illud Semen Deus dia  
lum repressurus sit, & Spiritu suo imbecillitati  
stræ opitulaturus, ut dominari peccato possimus.

QVINTO: Discendum est ex hoc Cap. quomodo  
modo placeat Deo noua obedientia. Prius  
autem hæc regula firmissime teneatur, nulla sacr  
cia aut ceremonias, nec ulla externa opera placere  
Deo ex opere operato, id est, sine fide, & sine ho  
motu cordis, seu nisi prius persona fide Deo reconciliata sit, & habeat interiorem obedientiam  
ralem, ut dicitur Rom. 14. Omne quod non ex



peccatum est. Item Prouerb. 13. Victimæ impiorum abominabiles sunt. Et hic dicitur, Si bonus fueris, erit acceptio.

Deinde ut placeat noua obedientia, hæc quatuor concurrere oportet.

I. Persona sit iusta, & placeat Deo fide propter filium Dei, ut hoc in loco dicitur. Respexit Deus ad Abel & ad munera eius. Et Hebr. 11. Fide Abel obtulit uberiores hostiam Deo, per quam pronunciatu est iustus testimonio diuino & c.

II. Agnoscat in hac uita manere peccata in renatis, & doleat se habere peccata.

III. Sciat tamen Deum uelle, ut obedientiam inchoemus.

IIII. Statuat hanc obedientiam, etsi procul abest à perfectione legis, tamen in persona fide reconciliata placere Deo, non sua dignitate, sed propter filium Mediatorem.

Vt 1. Pet. 2. dicitur. Offerte Deo hostias spirituales acceptas Deo per Christum. Et Heb. 13. Per Christum offeramus hostiam laudis semper Deo, fructum labiorum confidentium nomini eius.

Prelucet hac fide & interiore obedientia inchoata, etiam ceremoniæ placent.

SEXTO: Nouæ obedientiæ finis immediatus aut principalis sit celebratio Dei, ut dicitur 1. Corinth. 10. Omnia ad gloriam Dei facite. Item Matth. 5. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant

M & homi-



homines uestra bona opera, & glorificetur pater  
uester coelestis. Deinde accedunt alij fines, uidelicet  
ut retineatur fides, iusticia, & uita aeterna, ut  
dicitur, Si bonus fueris, erit acceptio. Et Paulus  
quit Rom. 8. Si actiones carnis Spiritu mortifica-  
ritis uiuetis.

SEPTIMO: Præmia seruata obedientia  
pœnæ uiolationis considerandæ sunt. Summa præ-  
miorum in hoc Pauli dicto continetur, 1. Tim. 4. Pater  
habet promissiones præsentis et futuræ uitæ. Et  
minatio hic recitatur. Si malus fueris, peccatum  
quiescet donec reuelabitur, Reuelatur autem pec-  
catum cum ira Dei sentitur, & pœnis præsentibus  
ac æternis homines opprimuntur.

OCTAVO: Cum in incoantibus nouam o-  
bientiam maneant peccata, quibus dominari in-  
mur, necesse est distingui peccatum dominans  
non dominans, seu Mortale & Veniale, de quo  
scrimine mox dicetur.

### V. Locus.

## DE SACRAMENTIS

Semper Ecclesia Dei colligitur, constituitur  
& à cæteris gentibus distinguitur uoce promissionis  
& externis signis diuinitus promissioni additis,  
Sacramenta uocantur. Ita mox post editam promissionem



promissionem, qua recepti sunt Adam et Eua, signū  
 seu Sacramentum erat conflagratio agni, qui flam-  
 ma cœlesti consumebatur. Id enim hoc in loco signi-  
 ficat Moyses, cum inquit: Respexit Deus ad Abel &  
 ad munera eius. Et digna est memoria D. Hierony-  
 mi enarratio. Vnde scire poterat Cain, quod fratris  
 munera suscepisset Deus, & sua repudiasset, nisi  
 illa interpretatio uera esset, quam Theodotion tra-  
 dit: Et inflammavit Deus? Ignem autem ad deuo-  
 randum sacrificium solitum uenire de cœlo, ex hi-  
 storia Abrahamæ Gen. 15. apparet. Item. 3. Reg. 18. Eliæ  
 sacrificium cœlitus inflammatur. 2. Paral. 7. in dedi-  
 catione Templi Salomonis. Et 1. Paral. 21. Davidis ho-  
 locaustum igni de cœlo accenditur. Item Leuit. 9.  
 Egressus ignis à Domino, Aaronis sacrificium absu-  
 mit. Et quia audierant Chaldæi & Persæ, igni dela-  
 pso ex cœlo, incensas esse uictimas, Ignem postea ut  
 Deum coluerunt.

Verus autem usus Signorum in Ecclesia retinen-  
 dus est. Primo omnia Sacramenta omnium tempo-  
 rum principaliter propter hunc finem instituta  
 sunt, ut sint signa seu testimonia, seu pignora & si-  
 gilla promissionis gratiæ. Vt Abelō suum Sacra-  
 mentum, uidelicet, Incensio uictimæ de cœlo, erat  
 certum testimonium, quod promissio de uenturo li-  
 beratore edita, esset rata & firma. Erat etiam testi-  
 monium seu sigillum iusticiæ seu reconciliationis  
 Abelī, ut docet ad Ebræos cap. 11. Abel pronuncia-



tus est esse iustus, testificari super donarijs ipsi Deo. Erat & signum passionis uenturi Seminis, quo promissio loquebatur.

Sic cetera Sacramenta promissioni addita sunt, ut Circumcisio, quæ ideo in ea corporis parte instituta est, quia promissio facit mentionem Seminis, hoc signum impressum corpori Abraham, confirmabat eum de promissione uenturi Seminis, testimonium seu sigillum erat, quo Deus ostendit recepisse Abraham credentem, & fidem eius confirmabat.

Eruditè Augustinus dixit Tractatu s. o. in Iohannem, Sacramentum esse uerbum uisibile. Id enim monet Sacramentum, quod uerbum promissionis, sed incurrit in oculos, cum promissio sit accipienda auribus, & mens intuens Signum communi fiat de promissione, & statuatur se iuxta promissionem receptam esse.

Ideo rectè dicitur, Sacramentis ad confirmandam fidem utendum esse. Sicut enim fides per uerbum alitur, augetur & confirmatur. Sic Sacramenta, quæ sunt externi ritus incurrentes in oculos, confirmant nos de uerbo promissionis, & sunt testimonia pignora, seu sigilla promissionis Evangelij propria, quæ sola fide accipitur. Ideo in usu Sacramentorum, fidem intuentem promissionem accedens necesse est, ut usitatè dicitur. Non Sacramentum, fides Sacramenti iustificat.

Exce



Execrandus est igitur error eorum qui docent, Sacramenta in hunc finem instituta esse, ut conferant gratiam ex opere operato, sine bono motu utentis, seu ut ipsi loquuntur. Sacramenta nouæ legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicem. Manet enim æterna & immota sententia, Iustus fide sua uiuet. Item, iustificati fide pacem habemus Item, Gratis saluati estis per fidem. Nec ulium opus est, quod ex opere operato mereatur gratiam, remissionem peccatorum &c.

Secundo: Sunt signa confessionis, in quibus profitemur, quid sentiamus.

Tertio: Sunt notæ discernentes Ecclesiam à cæteris Sectis.

Quarto: Sunt nervi seu uincula publicorum congressuum, quos Deus immensa bonitate constituit, & semper conseruat, ut latè spargi uox Euangelij, & Ecclesia audiri ac conspici, & doctrina conseruari possit.

Quinto: Quia spectacula incurrentia in oculos magis mouent animos, & facilius retinentur, quam nuda dicta: Addidit Deus talia signa promissioni, ut diuturnior & firmior esset memoria promissionis, & certius posset ad posteritatem propagari. Nam multi ritus simul sunt promissionum picturæ, ut inflammatio Agni, Circumcisio, Mactatio paschalis agni &c.

Sexto: Ipsi ritus Sacramentorum de certis officiis

M s cijs



cijs moralibus, ut de gratiarum actione, de dilectione & c. utentes admonent.

Hi fines Sacramentorum diligenter considerentur, & semper in conspectu sit principalis, quod sint signa promissionis & uoluntatis Dei erga nos, seu sigilla iusticie fidei, sicut incensio uictime Abellis signum erat Abelum iuxta promissionem receptum esse.

### VI. Locus.

### DE SACRIFICIIS.

Sacrificium in genere est ceremonia uel opus, quod Deo redditur, ut honore afficiatur.

Omnium autem Sacrificiorum ceremonialium principales & ueri fines fuerunt.

PRIMVS. Conseruatio publicarum congregationum. Voluit enim Deus publicos congressus esse in quibus uox promissionis de Christo sonaret, & tota doctrina ueræ religionis ad posteros propagari posset. Ideo sacrificia & ritus instituit, ut talium congressuum nerui & uincula essent.

SECUNDO. Erant picture commonefacientes animos hominum de futuro Christi Sacrificio placante iram Dei, & merente remissionem peccatorum. Cum Abel uidebat cremari agnum, & quia



dem igne diuinitus accenso, intelligebat alium agnū, scilicet uenturum Semen significari.

Nec dubium est Iohannem Baptistam interpretari uoluisse hanc Abelis oblationem, & mactationem Agni pascalis, & iuge sacrificium in lege, cum inquit, Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Et 1. Pet. 1. Redempti estis precioso sanguine agni immaculati Christo, præcogniti ante mundi conditionem &c.

Et Apoc. 13. Christus uocatur Agnus ab origine mundi occisus, id est, omnes mactationes agni ab initio mundi factæ, significabant unica Christi morte & uictima omnium Sanctorum peccata ab origine mundi purgata esse.

Et ubicunq; in nouo Testamento sanguinis Christi mentio fit, semper de significatione sanguinis pecudum ante & post Mosen in sacrificijs effusi, admonemur. Rom. 3. Quem proposuit Deus propiciatorem, per fidem, interueniente ipsius Sanguine. Item Ephes. 1. Redempti Sanguine filij Dei. 1. Iohan. 1. Sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Item in uerbis Cœnæ. Matth. 26. Hic calix est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum.

TERTIO. Pijs & renatis Sacrificia erant Sacramenta, id est, testimonia promissionis, quæ fidem excitabant & confirmabant. Vt Abel offerens agnum, qui cœlesti flamma consumebatur, commune factus



factus hoc spectaculo, fide sibi promissa Messiae beneficia applicabat, & suam fidem alebat, & confirmabat. Sic de Sacrificijs Augustinus loquitur lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 5. Sacrificium uisibile inuisibilis Sacrificij Sacramentum, id est, sacrum signum est.

QUARTO: Erant opera confessionis, & gratiarum actionis, quibus sancti declarabant se improbare aliarum gentium religiones, & hisce signis se ab eis discernere, & testabantur se hanc solum doctrinam patribus traditam amplecti, & hunc solum uerum esse Deum, quem sic colerent, & cui hanc obedientiam praearent, ut ei pro acceptis beneficijs gratias agerent. Ideo etiam Eucharistica dicuntur.

QUINTO: Leuitica sacrificia eam quoque causam instituta sunt, ut inde alerentur Sacerdotes, & ne uictus idoneis ministris deesset, qui cum non haberent certam terrae possessionem sibi attributam, uictimis alendi erant, ut Deut. 18. Et 1. Corint. 9. dicitur.

SEXTO: Impijs Sacrificia tantum erant exercitia disciplinae, quibus frenabantur, ne in externa conuersatione ex politia Mosi excluderentur.

Ideo autem tam multa & uaria Sacrificiorum genera sunt mandato Dei in populo Israel instituta, ut solo Dei uerbo etiam in externis cultibus regerentur, & non imitarentur gentes uicinas. Deut. 12.

Deinde



Deinde ut uarietas beneficiorum Christi significaretur. Postremo ut significaretur hæc Sacrificia non expiare peccata, ut Ebr. 10. copiosius dicitur.

Vt autem Studiosi ad legendam in Moyse Leuiticorum sacrificiorum descriptionem instructiores sint, præcipua eorum genera breuiter recensebo. Omnia sacrificia Leuitica aut sunt sancta sanctorum, id est, sanctissima, quæ etiam propiciatoria à quibusdam nominantur, aut sunt sancta uulgaria seu uilia, quæ Eucharistica etiam dici possunt.

Sancta Sanctorum in Sex species distribuuntur.

Prima, Holocaustum quod totum in altari cremabatur. Leuit. 1.

Secunda, Pro peccato & pro delicto, Leuit. 4. & 5. Hoc sacrificium enarrat Esaias ca. 53. cum inquit, Messias ponet animam suam pro peccato, id est, hostiam expiantem peccatum. Et Paulus Rom. 8. Pro peccato damnauit peccatum.

Tertia, Sacrificium consecrationis Sacerdotum, Leuit. 8.

Quarta, Sacrificium uaccæ rufæ. Leuit. 19.

Quinta, Oblatio uituli & hirci in die propiciationis. Leuit. 16.

Sexta, Minha, Speisopffer, id est, oblatio farinæ, panis, aut granorum frumenti sale consperforum, cum certa mensura uini & olei omnibus pecudum sacrificijs addenda. Leuit. 2. & 6.

Sancta uulgaria seu *ἐὺχάριστὰ* fuerunt.

Primum,



Primum, Sacrificium pacificorum, quod Lutherus uertit Dankopffer. *Leuit. 3. & 7.*

Secundo, oblatio primitiarum, primogenitorum & decimorum. *Exod. 13. 23. Deut. 18.*

Tertio, Addunt aliqui & mactationem Agni paschalis, propterea quod de eo quibuslibet Israelitae nesci licuit, tametsi propiciatorium Christi. Sacrificium ea mactatione significatum est, ut inquit Paulus *1. Cor. 5.* Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus.

Hunc Catalogum obiter Studiosorum causa serui. Nunc ueris sacrificiorum finibus cognitis, & abusibus etiam breuissime dicendum est, quorum duo sunt precipui.

Primum. Maxima pars generis humani, cum Ethnici, qui morem sacrificiorum diuinitus primitiis patribus monstratum retinuerunt, tum multi in ecclesia uerae Ecclesiae, finxerunt mactationes pecudum & alia sacrificia placare iram Dei, & mereri coram Deo remissionem peccatorum alijs, ut de Missa & sacrificio superioribus seculis docuerunt. Hic Ethnicus & Pharisaicus error seuerissime taxandus est. Vnde cum est enim in toto genere humano sacrificium placans iram Dei, uidelicet obedientia filij Dei, in Iesu nostri Iesu Christi, in passione tota & morte scriptum est, Vnica oblatione consummauit Sanctus. Item *Eesai. 53.* Quia posuit animam suam pro hominibus delicti, uidebit Semen longaeuum &c. *Rom. 7.* Christus



stum posuit Deus propiciatorium, per fidem in sanguine eius. Propter hoc unum Christi sacrificium omnia sanctorum reliqua opera Deo placent, ut 1. Petri 2. dicitur, Offerte Deo hostias spirituales acceptas Deo per Christum.

Nec ulla ceremonia sacrificium est Deo placens solo gestu, seu ut uulgo loquuntur, ex opere operato, quod manifestissime & uox diuina, & omnium sanctorum apud Ethnicos sententiæ demonstrant. Ier. 7. Non precepi patribus uestris de holocausto, sed hoc uerbum precepi eis &c.

Psal. 49. Immola Domino sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua &c.

Psal. 50. Quoniam si uoluisses sacrificium, utique dedissem, sed holocausto non delectaberis &c.

Esaie 1. Quo mihi multitudo sacrificiorum uestrorum dicit Dominus, plenus sum holocaustis arietum &c.

Esaie 66. Qui immolat bouem, ac si occiderit hominem, & qui sacrificat pecus, quasi qui iugulat carnem &c.

Prouerb. 15. Victimæ impiorum abominabiles coram Deo.

Osee 6. Misericordiam uolo, & non sacrificium, & scientiam Dei plus quam holocausta.

Et Aristoteles inquit, Delectatur Deus non sumptibus sacrificiorum, sed pietate sacrificantium. Et Plato.



Plato. Oportet colere Deum non gesticulatione arte simulantes, sed uere colentes uirtutem.

Alter abusus subtilior est, ideoq; minus ab impioris agnosci potest. Cum enim nimis absurdum dicere sacrificia ceremonialia mereri remissionem alijs, Ideo nunc disputant unum & solum Christi sacrificium iram Dei placare, idq; omnibus temporibus per ceremoniam Sacerdotis oblationem populo applicari. Et quidam contendunt adeo necessarium esse hanc Sacerdotis oblationem, ut Christi sacrificium populo nihil prodest, nisi hoc modo applicatum.

Sed contra hoc Sophisma pij hæc uera & fundamenta teneant. Primum Christus ipse suum sacrificium pro nobis applicat. Iohan. 17. Ego pro sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati. Quod autem non pro eis tantum, sed & pro omnibus credituris per uerbum ipsorum. Singuli igitur proprie fide, sibi fructum sacrificij Christi applicant, ut dicitur Rom. 3. Iustificamur gratis ipsius gratia, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in ipsius sanguine. Quare non fit applicatio per alienum Sacerdotis opus, ut nec patrum, nec Leuitica sacrificia et applicatoria: sed pij commones facti signis, applicabant sibi promissionem propria fide.

Secundo. Perspicua & immota est sententia Pauli, Vnica oblatione Christus consummavit Sanctos



Quod si non prodesset Christi sacrificium, nisi peculiari oblatione Sacerdotis applicaretur, non una oblatione consummati essent sancti.

Tertio. Nihil est addendum uel detrahendum testamento filij Dei. Nusquam autem iubet Christus sua beneficia alia oblatione externa applicare, sed uult singulos propria fide amplecti.

Quarto. De Sacrificijs noui Testamenti illud etiam uere additur. Cum re exhibita esset umbra, nullum est in nouo Testamento sacrificium ceremoniale, promerens uel applicans ex opere operato, sed ab omnibus pijs pariter offeruntur hostiæ spirituales, acceptæ Deo per Christum, cuius sacrificium inflammatione Agni ab Abelo mactati significatum, ut inquit Iohannes Baptista, Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

### TEXTVS.

Adam uero cognouit Euam uxorem suam.)

Verba notitiæ apud Ebræos significant non solam notionem in mente uel sensu, sed etiam ueros & non simulatos motus seu affectus in corde, qui notitiam illam comitantur, & effectus qui illos motus cordis sequuntur.

N Vt Psal.



Vt Psal. 1. Nouit Dominus uiam iustorum. Item Ps.  
51. Iniquitatem meam ego agnosco. Et illustre ex-  
plum est Iesae 53. Seruus meus iustus iustificabit  
iniquitatem suam multos, quia peccata nostra ipse sustulit.  
Noticia significat & agnitionem Christi in mem-  
& in uoluntate ac corde fiduciam in ipso acqui-  
scentem, quae immutabiliter assensum & noticiam  
promissionis sequitur. Ita hoc in loco. Adam  
agnouit uxorem, non solum noticia personae sig-  
ficatur, sed ardens amor in pectore, & officium  
iugale secutum, quod honesta appellatione etiam  
Paulus ornat, 1. Corinth. 7. nominans debitam bene-  
uolentiam.

### Possedi hominem per Deum.)

Certum est in Ebraeo uerba hoc modo sonare.  
Acquisiui uirum, qui est lehoua. Nam particula  
Hoc quae in duobus primis huius Quarti capitis  
versibus, quinque usurpatur, fere semper nota est  
casus. Quare admodum pia est eruditio  
quorundam cogitatio, de ardentissimo deside-  
rio primorum parentum, quo expectarunt promi-  
sum Dominum & ardentissimis uotis optare  
diem Christi. Nam Eua ardens fide promissi-  
onis, & expectatione liberatoris promissi, nato  
completa ingenti gaudio, exclamat se nunc acqui-  
uisse Dominum illum, qui diuina potentia caput  
peccatis conculcaturus, & abolito peccato ac



iusticiam & uitam eternam in natura restauraturus esset.

Etsi autem errat Eua de articulo temporis, quo promissus liberator ex uirgine oriturus erat, tamen nos cogitantes de hoc desiderio Eua, accusamus & irrogiam & stupore nostrum, quod exhibitum & donatum nobis Messiam, non maiori reuerentia & ardentiori fide ac leticia colimus & ueneramur.

Iratus est Cain ualde, & conciderunt uultus eius.

Exemplum Liuoris & Emulationis in Cain proponitur, quæ est odisse alterum, & uelle eum premere aut tollere, nõ quia læsit nos, sed quia dolemus eum nobis gloria, iusticia, potentia, uel alijs bonis antecellere, ut Cain dolet sibi anteferri fratrem. Sic Saul incenditur emulatione aduersus Dauidem. Sic Aaron uritur gloria fratris. Fons autem emulationis est superbia, quæ uult antecellere alijs quoquo modo, & tollere eos qui uidentur nos obscurare. Studeamus autem repressis emulationum flammis corda nostra exemplo Christi ad ueram humilitatem flectere.

Concideruntq; uultus eius.)

Gestus Liuidorum hypocritarum, qui uirulentissimum odium erga pios toruitate uultus, fastidijs

N 2 minacia



minacibus oculis, & omnium gestuum deformitas ostendunt.

Erit acceptio.) tuæ personæ, & tui sacrificij.

**Peccatum tuum cubabit.)**

Cum inquit cubare peccatum, describit tei Mundi securitatem carnalem, qua uiuit sine timore Dei, sine metu iudicij diuini, nec agnoscit iram Dei aduersus peccata, nec dolet propter peccata, nec horribilibus pœnis presentibus & æternis opprimitur. Cum autem in multorum animis hæc paruæ securitas fœlicitate sceleratorum & ætatis priorum confirmetur, assidue nobis testimonia iræ Dei & presentes ac æternas pœnas proponamus. Super hoc loco ostendit Deus certo aliud iudicium reprobis, in quo omnium hominum peccata sint reuelanda & punienda, ut etiam in hac uita autores iniquorum cædium per mirabiles occasiones patefiantur, ad supplicium rapiuntur.

**Ad te erit appetitus eius.)**

Id est, peccatum sollicitabit te.

De hac concione Dei supra loco 4. dictum est.

## VII. Locus.

### DE DISCRIMINE PECCATI

*Venialis & Mortalis.*

Necesse est in Ecclesia retineri discrimen peccati



cati uenialis & mortalis, seu, ut Paulus, appellatione ex hoc Genesis Loco sumpta, nominat, dominantis et non dominantis.

Est autem Dominans seu Mortale peccatum, quod accendit iram Dei, & auulsit hominem à Deo conijcit in dominium Diaboli, à quo impellitur, ut ex alijs sceleribus in alia ruens, æternis poenis opprimatur, ut in Cain, Saule & similibus.

Omnia autem peccata non renatorum, uidelicet morbus originis & omnes uiciosi affectus, & omnes prauæ actiones sunt mortalia. Sed in lapsis, qui antea fuerunt renati, tantum sunt delicta contra conscientiam, propter quæ homines amittunt gratiam, & fiunt rei æternæ poenæ, nisi rursus ad Deum conuertantur.

Non dominans seu ueniale peccatum est reliqua in renatis prauitas nobiscum nata, & multæ flammæ uiciosorum affectuum, quibus tamen repugnat uoluntas adiuta à Spiritu sancto, & dolet adesse hæc mala, & simul uera fide statuit personam Deo placere propter Mediatorem.

Locutus est Cain ad Abel fratrem suum.)

Sicut Cain immane odium erga fratrem oratione blanda & amica, & ueri amoris simulatione tegit, ut incautum & nihil mali suspicantem fratrem facilius opprimat, Sic omnibus temporibus Hypocri

N 3 te &



te & astuti, pijs & supplicibus specie beneuolentia  
& pietatis insidiantur. Cum autem in Ecclesia  
tota communi uita paucissimi sint sinceri & fideles  
amici, plerique uero fucati & fallaces, & ut Horatius inquit,

ἔσθ' ἂν ἀγορεύοντες κακὰ δὲ φρεσὶ εὖ σοδοῦντες.  
ωπτες.

Ore benigna loquentes pectore praua struentes.

Diligenter has uoces meminerimus. Nolite credere in principibus, & in filiis hominum & c. Iesus non credebatur se illis, eo quod ipse nosset omnia  
nec opus haberet ut quisquam testaretur de hominibus  
Et Cicero inquit, Neros atque artus esse sapientissimi  
illud Epicharmi dictum: Memento diffidere. Et narratur iocus regis Antigoni, qui dixerat, se à Deo protectum, ut ab eo aduersus amicos protegeretur.

Nec propterea uirtus est esse suspicacem et diffidentem, sed uult Deus nos animo sincero colere  
amicitias, & candide diligere omnes, maxime uos  
amicos, hoc est, officijs coniunctos, non alere inuolentiam, nec sine probabilibus argumentis, de alienius uoluntate male sentire. Sed simul uult nos scire  
uoluntates hominum mutabiles esse, & posse hominem errare de aliena uoluntate. Sic intelligatur illi dictum 1. Corinth. 13. Dilectio omnia credit, scilicet, quae sunt homini credenda, & quatenus non apparent contraria argumenta, non est suspicax, sed



candida & considerat uoluntates hominum, et probabili ratione confidit & diffidit.

Surrexit Cain contra Abel fratrem suum, & interfecit eum.)

Diligenter considerentur gradus sceleris Cainici.

Primus fons est Superbia, arrogans sibi gloriam iusticie coram Deo, propter ius primogeniture.

Hanc sequitur Æmulatio seu Inuidia, propterea quod fratrem uidet sibi præferri.

Tertius est Simulatio beniuolentie & hypocrisis, qua tegit suum liuorem, quo incautum fratrem facilius opprimat.

Quartus gradus est Cædes.

Quintus Negatio & excusatio peccati.

Sextus & ultimus gradus est, Desperatio.

Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.)

### VIII. Locus.

### DE IMMORTALITATE & futuro Iudicio.

Firmissima testimonia immortalitatis & futuri iudicii sunt necesse Abelis, Esaiæ, Baptiste, Pauli & similium Sanctorum, quos antea Deus sibi curæ esse

N 4 & pla



et placere illustribus indicijs ostendit. Immo et  
iusticie et ueritatis diuine norma est, ut iusti  
necentur premijs, et scelerati horrendis suppli-  
plectantur, sicut ad Cain dicitur, Si bonus fueris  
cipies, Sin malus, peccatum quiescet donec reue-  
bitur. Cum autem Abel, Esaias, Baptista et sancti  
Sancti in hac uita sint afflictissimi, et crudeliter  
impijs trucidantur, necesse est aliam uitam reser-  
uare in qua ueris et ingentibus premijs ornentur.

Certo igitur uenturum est iudicium, in quo sua  
iusticiam Deus declarabit, et utrisque iustis et im-  
stis in iudicium adductis, ostendet, Cain et reliquos  
impijs in horribiles et aternos cruciatus abieci-  
Abelum et pios, qui aliquantisper in hac uita  
runt oppressi, in perpetua letitia fruenter Deum  
suetudine, uicturos esse. Sic inquit Epistola ad Hebr.  
11. Per fidem Abel mortuus adhuc uiuit.

Et Christus Matth. 22.

Deus est Deus uiuorum,

Deus curat Abel mortuum,

Ergo Abel mortuus adhuc uiuit. Et Psal. 116.

Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Etsi autem doctrina de extremo iudicio et  
eterna perspicue a filio Dei Matth. 25. et Apostolo  
docetur, tamen hac quoque prima concio ad Cain  
bita illustris est. Quiescet peccatum donec  
uelabitur.

Cum enim non omnium hominum scelera in hoc



uita patefiant & puniantur, necesse est aliud iudici-  
um sequi, in quo omnium peccata reuelentur, & Ti-  
berius tyrannus, Epicurus, & similes suorum flagi-  
tiorum pœnas dent. Sicut paulo post Enoch concio-  
natus est, Veniet Dominus ad faciendum iudicium  
de omnibus, & ad arguendum omnes impios super  
impijs operibus eorum. Singuli autem nos cogita-  
tione huius iudicij, quod post mortem omnes subitu-  
ri sumus ad timorem Dei & fidem, Christo inter-  
cessore nitentem, exuscitemus.

Plurima adhuc amplissimæ materiæ, in hac bre-  
ui historia interfecti Abelis recitanda erant, de cau-  
sis propter quas Ecclesia Dei maiore onere calami-  
tatum prematur, quam impij, de furore tyrannorum  
& Hypocritarum crudeliter seuentium in pios, De  
pœnis persequentium pios, de quibus Christus in-  
quit Matth. 23. Veniet super uos omnis sanguis iu-  
stus effusus ab Abelo iusto, usq; ad Zachariam. Item  
de homicidijs in genere, & pœnis homicidarum. De  
asopyiæ. De Martyrijs &c. Sed has materias, pri-  
uatæ singulorum cogitationi relinquo.

Nunc propter iuniores breuem commonefactio-  
nem de explicatione duorum puerilium argumen-  
torum adijciam.

Primum argumentum.

Norma iusticiæ est iustos ornare premijs, &  
iniustos punire,  
Abel est iustus,

N s Ergo



Ergo Abel debet ornari premijs, & non debet interfici.

Respondeo primum ad Minorem. Abel est iustus scilicet, imputatione & incoatione, sed nondum consummatione. Ideo hic crucem sustinet, ut iram Dei manifestius conspiciat aduersus peccatum.

Deinde ad Maiorem. Norma iusticiæ est bene ornare premijs & malos punire, scilicet suo ordine. Et ut illustrior sit iusticia Dei, præmia & pœne non sunt res momentaneæ, sed durabiles & perpetuæ. Ideo præcipua præmia Abelis, & præcipua pœne Cain, in æternam uitam differuntur.

Secundum argumentum.

Omnes scelerati affliguntur,

Abel affligitur,

Ergo Abel est sceleratus.

Respondeo primum ad Formam, In Secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Deinde ad Maiorem. Quatuor sunt genera afflictionum. Primum  $\lambda\upsilon\pi\omega\pi\acute{\iota}\alpha$ , id est, pœna peccati. Secundo:  $\theta\upsilon\mu\omega\sigma\iota\omega$ , id est, probationes seu exercitia fidei & inuocationis, ut carcer Ioseph. Tertio:  $\mu\alpha\rho\tau\acute{\iota}\mu\alpha$ , id est, testimonia doctrine & immortalitatis, ut mortuus Iohannis Baptiste. Quarto:  $\lambda\upsilon\gamma\omega\pi$ , id est, compensatio pro peccato, ut tota passio Christi. Abelis certe non fuit pœna certi sceleris in ipso, sed fuit martirium, hoc est, testimonium immortalitatis.

Referatur autem ad hanc historiam illustratio



dam tota doctrinā de cruce & calamitatibus pio-  
rum, quæ in locis integrè traditur, & aliqua ex par-  
te cap. 3 recitata est.

Vagus & profugus eris super terram &c.)

Mos excommunicandi pollutos iniustis cædibus  
haud dubiè ab hoc primorum patrum exemplo or-  
tus est. Excludebant enim sceleratos à societate pio-  
rum cœtuum & sacrificiorum, & addebant eis si-  
gna reatus, ut agnosci & uitari possent. Id hæc hi-  
storia poenarum Cain testatur, & diu postea ritus  
excommunicationis in illa prima antiquitate etiam  
apud Ethnicos mansit, Sicut Peleus propter interfe-  
ctum fratrem Phocum ab Æaco patre excommuni-  
catus est. Et forma excommunicationis apud Home-  
rum Iliad: 9. ἀφρίτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέσιος, prorsus  
cum hac concione (Vagus & profugus eris su-  
per terram) congruit.

Observati sunt autem hi ritus, & à primis pa-  
tribus et ab illa religiosa antiquitate, disciplinæ cau-  
sa, ut homines de magnitudine iræ diuinæ aduersus  
scelera cogitantes, maiori studio ea uitarent.

Maior est iniquitas mea, quàm ut  
ueniam consequar.)

Postremus omnium peccatorum gradus est DE-  
SPERATIO, quæ adimit Deo laudem misericor-  
diæ & ueritatis, & horribili blasphemia Christum  
infra



infra peccatum abiicit & diminuit ipsius merita.  
Sicut Cain, Saul, Iudas & similes desperant, & se  
ipsis mortem consciscunt. Cum autem sepe etiam  
in hanc cogitationem incidant, tantam esse sui pec-  
cati uim & atrocitatem, ut nullo modo remitti  
tollī posse uideatur, semper in conspectu sint ampli-  
sima scripturæ testimonia, quæ affirmant maiorem  
esse Dei misericordiam, quam omnium peccatorum  
miseriam.

Rom. 5. Gratia exuberat supra peccatum.

Esaie 1. Si fuerint peccata uestra ut coccinea,  
erunt candida ut lana uel nix, hoc est, Etsi peccata  
uestra erunt adeo atrocia & magna, ut nulla ratio-  
ne uideantur posse deleri, Sicut color puniceus  
mel à lana conceptus nullo unquam tempore  
potest, tamen omnes agentes poenitentiam sanguinem  
filij Dei sic abluuntur, ut sint niue candidiores, ne-  
ulla amplius labes conspiciatur, ut 1. Ioh. 1. dicitur,  
Sanguis filij Dei emundat nos ab omni peccato.

Et uenuste ac grauiter in hanc sententiam Bernar-  
hardus inquit, Vox sanguinis Christi inualuit malum  
plus, quam uox sanguinis Abel, clamans in cordibus  
remissionem peccatorum. Nec dubium quin effica-  
tior & potentior sit mors Christi in bonum, quam  
peccata nostra in malum &c.

Ezech. 33. Viuo ego nolo mortem peccatoris, sed  
ut conuertatur & uiuat. Hoc Iusiurandum Dei iurauit  
frat. Tertulianus. Iurans inquit, Dominus, Viuo di-



ens, cupit sibi credi. O beatos, quorum causa Deus iurat. O miserrimos, si nec iuranti Domino credimus.

Ierem. 31. Peccatorum non recordabor amplius.

Psal. 102. Quantum distat ortus ab occasus, tam longe à nobis remouit peccata.

Ioh. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Has dulcissimas consolationes uenenatis moribus desperationis opponamus, & semper hæc tria in conspectu teneamus. Primum: Vniuersalem promissionem gratiæ exuberantis supra peccatum. Secundo: Vniuersale mandatum quod iubet credere Filio, & amplecti promissionem. Tertio: Mandatum soluendi Ecclesiæ traditum. Et si enim est aliquod peccatum irremissibile perseuerantium, uel in Epicureo contemptu Dei, uel in oppugnatione ueritatis agnita, uel desperatione, tamen cum huic uniuersali promissioni & mandato obtemperamus, certum est nos non habere peccatum irremissibile.

## TEXTVS.

Eijcies me à facie terre.) Ex isto loco quem habemus colui cū meis parentibus, ex consuetudine & communi societate officiorum ciuiliū.

A facie tua.) Id est, non amplius interero cætui Ecclesiæ



Ecclesie & piorum sacrificantium ibi, non illi  
mihi interesse sacrificijs, ubi tu presens es.

Et uagus & profugus super terram: Id est  
ero sine certa sede, sine auxilio Dei, sine promissione  
auxilij diuini, & sine spe promissionis.

Septuplum punietur. Id est, grauissima po-  
na afficietur & multo grauius punietur, quam  
aliud interfecisset.

Posuit Dominus in Cain signum. Hoc  
signum iudicant aliqui fuisse subitam consternati-  
onem & tremorem coram alijs hominibus ortam  
magnis terroribus conscientie.

Et congruit Basilij dictum, qui in homilia contra  
Ebriosos ait. δινοφλῦκτος τὸν κατὰ πλῶν καὶ  
ἐφ' ἑαυτὸν ἐπιπαύσατο βέβαιον ὅτι πρὸς φερόμενον  
διὰ παντὸς βίῃ, id est, Ebriosus maledictionem  
Cain sponte sibi attrahit tremens & incerto  
nutans ac uigans in omni uita.

Esaie 33. Tremor possedit hypocritas.

Egressusque Cain à facie Domini  
A cœtu sui patris & suarum sororum piarum  
bus Deus colloqui solebat, & sese ostendere.

Orientali plagam Eden. Eden certi  
nomen est, in quo fuit Paradisus. Ac scribitur  
qui idem esse nomen urbis Edeſſe in ripa Eufratis  
sitæ.

Vocem Eden Ἔν Interpres capite secundo



tertio appellatiue reddidit per uocabulum uoluptatis. Sed proprium loci nomen retinendum fuit.

Lamech accepit duas uxores.)

Lex coniugij prima in Paradiso ita sancita est, ut tantum unius maris & unius fœminæ coniunctio esset, sicut uerba Legis Cap. 2. sonant: Erunt duo in carnem unam, id est, duæ tantum personæ unus Mas & una Fœmina iuncti inseparabiliter. Ad hanc primam institutionem reuocat nos Christus Matth. 19. Et Paulus 1. Cor. 7. Discessit autem ab hoc ordine Lamech, qui fuit primus autor polygamie, et post diluuium etiam sancti patres uitiosam eius temporis consuetudinem secuti sunt, Sed scimus non exemplis, sed legibus iudicandum esse.

Occidi uirum in uulnus meum, & Adolescentulum in liuorem meum.) Non de Cain loquitur, qui fuit Attauus Lamech, sed de alio quodam uiro à se interfecto, propter quam cædem, cum dolerent uxores, homo superbus & ἄσπυγος non dolet de cæde facta, Occidi inquit uirum, Quid hoc ad uos, Est id in meum uulnus, non in uestrum, Ego plector non uos &c.

Septuplum ultio dabitur de Cain, De Lamech uero septuagies septies.) Hoc dictum uenustissime citat Basilus in ἐξαήμερον disputans de ministerio septenarij numeri ὅσων τὸ ἡνείκελον τοσούτων καὶ δ' χάρισμα, ὅπερ ὅλιγον  
γν



γῆ ἡ ἁμαρτία, ὀλίγη καὶ ἡ ἄφεσις. ἴδ' ἐκ τῆς  
 σις πρὸς ἀπέτρῳ ἐβδόμη ἀνάγασα τῇ ἐκδοκίᾳ  
 καὶ ρ. Συγχώρησις πρὸς κυρίῳ ἐβδόμη κοινὴ  
 ἐπ' αὐτὸν ὡς κατὰ κρίσιν τοῦ λάμεχ ἐβδόμη  
 τάκις ἐπ' αὐτὸν

Iste cœpit prædicare nomen Domini

Id est, ministerio Enos late sparsa est uera  
 strima de promisso Semine, & Ecclesia Dei ampli  
 cata est. Cumq; per Cainicam multitudinem  
 doctrina & ueri cultus obscurati essent, huius  
 sterio doctrine lux apud multos restituta & iterum  
 accensa est.

## NOMINA PROPRIA

### Quarti capitis.

Adam) ab אַדָּמָה Adamah, de terra, Q. d. ter  
 renus, χοϊκός, sicut Latine, Homo dicitur  
 humo.

Eua) חַוָּה Hauah, id est, uiua, mater uiuentium  
 חַיָּה

Cain) קַיִן Kain, id est, possessio, adquisitio à  
 Kana.

Abel) אָבֶל habel, id est, uanitas, Ein tögenicht, Epitheto ornat mundus pios & Sanctos.

Enoch) חֲנוּךְ Hanoch, dedicatus, consecratus Deo

Irada) עִירָד Irad, onager uel acernus descensio  
 Mantia



Mauiael) מוויאל MeHuiael, delere incipiens, à

יאל laal, incepit מוחה MaHah deleuit.

Mathusael) מתושאל Methuschael, postulans sem  
uindicans mortem, à מות Muth שאל  
Saal.

Lamech) למך opprimens, humilians, à מכך Me-  
cach.

Ada) עדה Adah, id est, ornata, compta.

Sella) צלה Zilla, umbra eius. צל Vmbra.

Label) יבל afferens, produciens, à יבל Iabal.

Tubalcain) תבלקין Thubalkain, id est, affer pos-  
sessionem.

Noema) נעמה Naamah, pulchra, decora.

Seth) שֵׁת positio, fundamentum Ecclesiae & pro-  
missionis de Semine.

Enos) ענוש Homo, erumnosus, à radice ענוש do-  
luit, erumnosus fuit. οὐδὲν ἀκαθ' νότον ἔργον γαῖαν  
ἔειπα ἀνθρώπου.

## QVINTVM CAPVT.

### LOCI PRÆCIPVI

I. De Ecclesia & Schola primorū  
Patrum ante Diluuium.

O II. Series



II. *Series Annorum Mundi.*III. *Genealogia Christi.*IIII. *Testimonium de peccato Originalis.*V. *Enoch Testimonium Immortalitatis & Vitæ æternæ.*

## I.

DE ECCLESIA  
*Schola primorum Patrum.*

**D**IES nos de Encanijis admonet, quo ante an-  
 1714. Iudas Maccabæus repressis Antiochianis  
 exercitibus Templum recuperavit, et festum Encanij  
 niorum instituit, ut memoria recuperati ab Antiocho  
 Templi conservaretur, & docerentur homines  
 semper Ecclesiam mirabiliter à Deo defensam  
 restitutam esse, & gratias agerent Deo, quod Eccle-  
 siam æternam ex genere humano elegit, nec prius  
 abiecit genus humanum post lapsum, ut Diabolus  
 est abiectus, sed promissionem de uenturo Saeculo  
 instauratore Ecclesie primis parentibus patet  
 qui eam continua serie suis posteris tradiderunt.

Nec dubium est primos Patres, quorum Cate-



gum hoc Quinto Capite Moyses recitat, & Eccle-  
sie Dei, & totius generis humani florem fuisse, an-  
tecellentem posteris, pietate, uirtute, sapientia, in-  
uentione artium, aliarumq; rerum gloria. Nequa-  
quam igitur de prima hac & aurea mundi etate  
ante diluuium cogitemus, ut Cicero de Inuentione  
disputat, fuisse quoddā tempus, cū in agris homines  
passim bestiarum more uagabantur, & sibi uictu  
ferino uitam propagabant, nec animi ratione quic-  
quam, sed cœcis & temerarijs cupiditatibus omnia  
administrabant &c.

Florentissima illius aureæ ætatis Ecclesia, &  
Academia fuit, in qua Annos 930. Adam suis filijs &  
posteris tradidit doctrinam de Deo, de Creatione  
rerum, de Imagine Dei ad quam Homo conditus  
erat, de suo lapsu, de pœnis eius lapsus, de morte &  
miserijs humanis, de promissione uenturi Seminis,  
propter quod recepti essent, de tollendo peccato &  
morte, & restitutione uitæ æternæ, de futuro iu-  
dicio.

Addebant etiam doctrinam de natura rerum,  
uiribus & usibus plantarum, de legibus motuum cœ-  
lestium, quas Iosephus sculptas in tabulis, scribit po-  
steris traditas esse.

Ac in tanta ætatis diuturnitate, & ordinem mo-  
tuum accurate obseruare, & uniuersæ sapientiæ di-  
uinæ & humanæ studium confirmare potuerunt.

O \* DE



DE SERIE AN-  
norum Mundi.

Sapientissimo consilio Deus anni curriculum  
dimavit, & tempora distinxit, & certam annorum  
mundi seriem tradidit, præcipuè eam ob causam  
nos in Ecclesia sciremus, quo ordine & quibus  
dis se Deus patefecerit, Quando condiderit  
dum, Quod fuerit initium Ecclesiæ, Quo tempo-  
re promissionem de Semine Christo reuelauerit  
petiuerit, Quando Lex in monte Synai promulga-  
ta sit, Quando uenturus fuerit Messias, ut fieret  
Christus.

Deinde in historijs, series & mutationes im-  
mortalium cogitari & distingui, & ut Polybius lo-  
quitur *ὁμαροποικιλῶναι* non possent: & in ci-  
uili uita omnium negotiorum, contractuum,  
iudiciorum, & omnium ciuiliū officio-  
rum, tristissima confusio esset, nisi annorum ratio, &  
temporum discrimina hominibus nota essent.

Propter has causas DEVS immenso benefi-  
centia tempora distinxit, & continuam seriem annorum  
Mundi in libris sacris conseruauit, quam in sequenti  
Tabella Studiosis spectandam & ediscendam præ-  
pono.

TAB.



# TABELLA ANNORVM

Mundi ex Biblijs.

1656. A condito mundo ad diluuium. Gen. 5. & 7.  
 292. A diluuiio ad natum Abraham. Gen. 11.  
 75. Abrahæ tradita promissio de Semine benedi-  
 cto. Gen. 12.  
 430. A promissione tradita, usq; ad Exitum de Æ-  
 gypto, & promulgatam Legem. Galat. 3.  
 Exod. 12.  
 480. Ab exitu ex Ægypto usq; ad Templum Salo-  
 monis. 3. Reg. 6.  
 469. A Templo Salomonis ad euersionem Ierosoly-  
 morum ex lib. 3. & 4. Regum. Et Lutheri  
 Chronicis, ac Iosepho.  
 70. Captiuitatis Babylonicæ. Ierem. 25. 29. Da-  
 nielis 9.  
 490. A promulgatione Edicti usq; ad Christum.  
 Dan. 9.  
 1552. A nato Christo.  
 5514. A condito Mundo ad hunc annum currentem  
 1552.

Hanc Tabellam propono, ut Studiosi cernant  
 primos fontes, ex quibus certissima supputatio an-  
 norum Mundi potest sumi.

Ac omnes numeri certo ex scriptura colligi pos-  
 sunt, exceptis 469. annis, ab ædificatione Templi usq;  
 O 3 ad ca-



ad captiuitatem Babylonicam. Vbi ex tercio quarto libris Regum anni 431. tantum coaceru possunt. Sed Lutherus 8. annis Ioram, 20. annos addit, & inter Azariam & Amaziam inter regum decem inserit annorum.

Et Iosephus lib. 10. cap. 10. scribit ab aedificatione Templi usque ad conflagrationem elapsos esse annos 470. qui numerus cum nostro conuenit. Quod hoc numero à Iosepho & Luthero erratum est, ut hoc erratum comiter alij emendent.

Quod autem in uulgaribus Chronicis Eusebii aliorum, qui Eusebium secuti sunt, numerus annorum mundi multo maior est, uidelicet 6751, id est la LXX interpretum uersione, à librarijs depernata, oritur.

Ac fere omnis supputationum discrepantia in annis qui Genes. 5. & 11. Capite, usque ad natiuitatem Abraham referuntur, Vt ex sequenti Tabella perspicuum est.

	Gen. 5. Ebræi	LXX Interpre- tationes habent annos
Adam natos annos	130 genuit	330
Seth	105	205
Enos	90	190
Cainan	70	170
Maleleel	65	165
Jared	162	162
Enoch	65	165



Mathusalem	187	187
Lamech	182	182
Noe	600	600

Summa annorum usq; ad diluuium iuxta Ebræos  
1656. iuxta LXX 2362. annorum.

Differentia est 709.

In Eusebio sunt anni 2242. usq; ad diluuium. Et  
in Latinis Biblijs ex LXX interpretatione con-  
uersis, Adam tantum habet 230. & Mathusalem 167  
annos.

	Gen. 11.	
	Ebræi	LXX.
Sem post diluuium	2	2
Arphaxat anno	35	135
	Caiman irre-	130
	psit ex Catalogo Gen. 5.	
Sale	30	130
Heber	14	134
Phalech	30	130
Regu	32	132
Saruch	30	130
Nachon	29	179
Thare	70.	70.

292.

LXX.

Summa à Diluuiio ad natū Abraham 292. 1170.

Differentia est 880.

Facile autem ex Quinto & Vndecimo Capite  
O 4 Genesis



Genesis, numerus Annorum mundi usq; ad diluuium  
 & deinceps à diluuiio usq; ad natum Abraham  
 quous poterit colligi, si annos, quibus singuli patres  
 usq; ad natum Filium uixerunt, per additionem  
 acervabit.

Discant autem hoc in loco etiam Studiosi  
 tentiam seu traditionem domus Helie Prophetæ  
 quæ his uerbis recitatur in Thalmud, Ordinatio  
 seu parte quarta lib. 2. cui Titulus est Sanhedrin  
 cap. 14. & lib. 5. cap. 1.

Sex millibus annorum durabit Mundus.

Duo millia inane, scilicet ab eo tempore  
 quo Moyses dixit. Terra erat inanis & uacua  
 usq; ad Legem Circumcisionis &c.

Duo millia Lex.

Duo millia dies Messiaë.

(Hactenus Elias, postea subiiciunt Rabini.)

Et propter peccata nostra, quæ plurima  
 sunt, deerunt anni aliquot.

Vt enim Sex sunt dies Hebdomadæ, quibus cre-  
 uit Deus Cælum & Terram, septimus est Sab-  
 batum, quo quieuit Deus. Ita ratiocinatur hunc  
 dum Sex millibus annorum esse duraturum. Na-  
 mille anni coram Deo sunt sicut dies unus. 2. Petri  
 Psalm. 90. Septimus millenarius erit æternum Sa-  
 batum. Ebr. 4.



## III.

## DE PECCATO

## Originis.

Duo illustria testimonia doctrinae de peccato Originis in hoc Quinto capite obseruentur. Primum quod ait, Adam genuit filium ad imaginem & similitudinem SVAM. Deinde quod narrat Adam & omnes posteros morte extinctos esse. Atque hoc testimonium enarrat Paulus Rom. 5. Per unum hominem peccatum intrauit in Mundum, & per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruasit, eo quod omnes peccatum habent.

Diligenter autem in priori dicto, Emphasis in pronomine SVAM expendatur. Adam initio ad Dei imaginem conditus est, hoc est, ornatus luce & sapientia recte agnoscente Deum. Deinde uoluntatis conuersione ad Deum. Postremo obedientia omnium uirium congruente cum iudicio legis Dei, quae menti insita erat.

Nunc post lapsum horribiliter deformata imagine diuina, gignit Filium ad imaginem & similitudinem SVAM, hoc est, sibi similem, non solum lineamenti corporis & membrorum positu, sed etiam in omnibus animi conditionibus, uidelicet caligine, in mente auersione à Deo, seu uacuitate timoris, fidei, & dilectionis Dei in uoluntate, & contumacia

O. s. cordis,



cordis, propter quam reus est ira Dei, & malitia  
corporalis & aeternae, nisi fuerit consecutus remissionem  
peccatorum propter uenturum Semen.

Adiungendum est igitur hoc dictum ad reliqua  
testimonia, quae docent carnali generatione propa-  
gari in posteros, naturae corruptionem, propter  
quam, nati, ad iram Dei & aeternas poenas obliga-  
tur. Rom. 5. Per unius delictum propagatum est ma-  
lum in omnes homines ad condemnationem. Epistola  
Eramus naturae filij irae. Psal. 51. Ecce in iniquita-  
tibus conceptus sum. Et infra Genes. 6. & 8. Cogitationes  
humani cordis mala est à pueritia.

Referatur etiam ad hunc Genesim locum il-  
lustrandum Collatio Adam & Christi, quae Rom. 5.  
1. Corinth. 15. à Paulo instituitur.

#### IIII.

### DE IMMORTALITA- te & Vita aeterna.

Maxime illustre testimonium de Immortalitate  
de restitutione corporum, et de uita perpetua, in quo  
pij uelut in portu eluctati ex huius uitae miserijs  
quiescent, est Filius Dei Dominus noster Iesus Chris-  
tus, qui non solum uiua uoce restitutionem corporum  
et uitam aeternam post hanc uitam praedixit, & ostendit.



matsecuturam esse, Verū etiam ipse multos ex morte in uia reuocauit, & ipse recepto suo corpore reuixit, & una resuscitati sunt cœtus Patrum & Prophetarum, qui quadragesimo die post, Ascensionis Christi in cœlum comites fuerunt.

Ad hoc testimonium etiam Eliæ assumptio in cœlum adiungatur, & præsens Enoch historia, Qui cum coram Deo ambulasset, hoc est, pius & fidelis doctor & gubernator Ecclesiæ Dei & præco iusticiæ suo tempore fuisset: tandem anno ætatis 365, spectantibus sine dubio cæteris Patribus (excepto Adamo, qui ante annum 57 decesserat) uiuus in cœlum translatus est.

Nec dubium est Enoch diligenter hanc sententiam de uita æterna, Hominibus inculcasse, ut particula concionum ipsius testatur, quæ in Epistola Iudæ extat. Prophetauit de his septimus ab Adam Enoch dicens, Ecce ueniet Dominus cum omnibus sanctis milibus suis, ut faciat iudicium de omnibus, ut arguat omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, et de omnibus duris quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij.

Venusta etiam cogitatio est de tempore huius iudicij. Vt enim Sex primi Patres mortui sunt, Septimus uero Enoch uiuus in cœlum translatus est, ita inquit Sex millenarijs mundi mors regnabit, Septimo autem beata immortalitas uigebit.

TE



# TEXTVS QVIN- ti Capitis.

Hic est liber generationis Adam.) Hoc est Genealogia Adam, seu Catalogus posterum Adæ, qui ex Adam generati sunt.

Instituit autem Moses hunc Catalogum proprie Genealogiam Christi, qui erat Semen mulieris, Deo promissum, quod Serpentis caput contritum erat.

Iuuat etiam in historijs uidere perpetuam seminem & continuationem uirorum heroicorum, in quibus semina uirtutum excellentium plerumque posteris propagantur, ut de Æacidis uersum ex Hysiodo citat Polybius lib. 5.

Αἰακίδαι πλέμω κεχαρμότες ἥενε δ' αὖτις.

Genuit filios & filias.) Hoc est, multos alios quorum non meminit Scriptura, quia Christus natus est ex eis.

Ambulauit Enoch coram Deo.) Fuit praecipuus Propheta & summus doctor & gubernator Ecclesiae, propagator uerae doctrinae & uerorum cultuum Dei, ut à Petro nominatur Praeco iusticiae.

Iste consolabitur nos.) Iste est promissus liberator, aboliturus maledictionem, sublaturus peccatum, mortem, & restitutus nobis uitam aeternam, Enoch paulo ante uiuus in coelum translatus est.

NOMI



## NOMINA PROPRIA

## Quinti Capitis.

Adam) אדם Homo seu terrenus,  $\chi\omicron\iota\mu\delta\varsigma$ .

Seth) שֵׁט fundamentum.

Enos) אֵנוֹשׁ Homo ærumnosus.

Cainam) קַיִן possessor, אֶקָנָה Kanah uel lamentator, אֶקָן Kun.

Malalehel) מַחֲלֵלֵאל Mahalaleel, id est, Sedulo laudans Deum. Vel laudabilis Deus, אֶחֱלֵל Hillel, unde est uox Halleluia.

Iared) יָרֵד dominator, אֶרָדָה Radah, uel descendens, אֶרָדָה Iarad.

Enoch) חֲנוּךְ Hanoch, dedicatus, consecratus Deo.

Mathusalem) מֵתוּשָׁלַח Methusalah, mortis misfio, uel mortem postulans aut uindicans.

Lamech) לָמֵךְ opprimens אֶמִּיכָר

Noe) נֹחַ Noah, id est, quies.

CAPVT



CAPVT SEXTVM  
SEPTIMVM ET  
OCTAVVM.HISTORIA  
Diluuij.

## LOCI.

- I. Primus & præcipuus est, *testimonium horrende iræ Dei aduersus peccata, & horribilium pœnarum quibus peccata plectuntur.*
- II. Descriptio veræ Ecclesiæ.
- III. Miranda conseruatio Nohe *testimonium præsentie Dei in Ecclesia, et certitudinis eterne à DEO tradite, mirandæ conseruationis Ecclesiæ omnibus temporibus.*



## IIII. Testimonia de peccato Originis.

V. Diluuium est imago extremae diei &amp; Iudicij.

VI. De sacrificio Nohe.

## I.

**D**eclarauit Deus iudicium suum aduersus peccata, non solum uoce Legis & comminatione poenarum, sed etiam horribilibus exemplis diluuij, excidij Sodomorum, & totius historie mundi. Omnes enim generis humani calamitates, mors, morbi, excidia gentium & urbium, incendia, fames, cedes, inopia, bella, sunt conciones de uera & horrenda ira Dei aduersus peccatum, ut Psal. 38. dicitur, Propter iniquitatem corripis filios hominum. Et Ier. 8. Potum dedit aquam fellis, Peccauimus enim Domino. Sed omnium maximè illustre testimonium seria, ingentis, & inenarrabilis iræ Dei aduersus peccata, est mors filij Dei. Hæc terribilia opera Dei ideo proposita sunt, ut eorum consideratione prophanam securitatem excutiamus, & ad uerum timorem Dei flectamur.

Causæ autem huius horrende poenæ, qua totus Mundus Diluuiio obrutus est, hoc in loco quatuor recitantur.

I. Cyclo



I. Cyclopicus contemptus uerbi  
ministerij diuini, quod gygantea audacia  
rig; deridebant. Ideoq; ab ijs sublatum est. Id  
uolunt uerba: Non iudicabit spiritus meus in  
ne, Quia caro est.

II. Vagæ libidines.

III. Oppressiones imbecilliorum.

IIII. Prophana securitas totius Mun

di negligens ac contemnens uerbum

ministerium, ac cōminationes diuine

ut Matth. 24. & Luc. 17. dicitur, Sicut in diebus

ha comedebant, nubebant, elocabantur, ducebant

Ostendit autem Christus similem securitatem

Mundi finem esse futuram, & exemplo diluuii

ad timorem Dei & uigilantiam hortatur. 2. Pet.

Impiorum iudicium non tardat, & perditio eor

non dormitat. Nam si Deus Angelis qui peccauer

non pepercit, sed catenis caliginis in tartarum

precipitatos tradidit in iudicium, & originali

non pepercit, sed octauum iusticie præconem

seruauit, diluui

IIII.

Testimonia de peccato Originis illustra

considerentur. Gen. 6. Cuncta cogitatio cordis

est in omni tempore, & 8. Cogitatio humani

mala est à pueritia. Sunt autem magis illustra



ba in Ebraica lectione. כל יצר לב האדם רע  
 id est, Omne figmentum cordis seu omne quod fingit  
 & cogitat cor hominis, malum est. Non dicit tantum  
 pronas ad malum esse cogitationes cordis humani,  
 ut latinus interpres deprauauit, Sed ipsum figmen-  
 tum seu opificium cordis, seu quidquid format cor  
 hominis, id malum est, & non congruens cum nor-  
 ma Legis diuinæ, seu ut Rom. 8. Paulus loquitur, Est  
 inimicia aduersus Deum. Adiungantur itaq; hæc  
 duo Testimonia reliquis, quæ supra cap. 3. & 5. de  
 peccato Originis recitata sunt.

## II.

DESCRIPTIO VERÆ  
 Ecclesie.

Vera Ecclesia est cœtus iustorum  
 qui amplectuntur Verbum, in quo se  
 Deus patefecit, & sanctificati per Spi-  
 ritum sanctum, uera inuocatione, præ-  
 dicatione, confessione, & morum inte-  
 gritate Deum colunt, & in omnibus pe-  
 riculis a Deo custodiuntur & gubernan-  
 tur, et tandem uitæ æternæ heredes fiunt.  
 Hæc descriptio erudite ex historia Nohe extrui po-  
 test. Nohe erat uir iustus, id interpretatur Epistola  
 P ad Ebræos



ad Ebræos, Noe timens Dominum, edificauit arcam, & iusticiæ fidei hæres factus est. Placuit ergo Deo & acceptus erat ad hereditatem uitæ æternæ, fide promissi Seminis.

2. Pet. 2. Vocatur Præco iusticiæ, quia uerum Deo, de peccato, de iusticia doctrinam suam prædicatione & confessione propagauit.

3. Vocatur perfectus **המים** quod intelligitur consuetudine sermonis Ebræi, integer seu incorruptus, non pollutus idolis seu falsis opinionibus & uerbis contra conscientiam, sed uera fide & integritate morum celebrans Deum.

4. Arca imago admodum illustris et eruditior. Vt enim solus Noe cum suis inclusus in Arcam saluatur, alij omnes diluuiio extinguuntur, sic soli ueræ Ecclesiæ heredes uitæ æternæ fiunt, reliqui omnes extra Ecclesiam, ut Turci, Iudæi, Ethnici diluuiio iræ diuinæ absorbentur. Singuli autem qui in uera Ecclesia, quærere & ad eam se pietate & confessione adiungere debent, ut dulcissimum à Nazianzeno dictum est, **Ζητῶν Νωε κίβωτον μόνον αἰνὸν ἀλύξω.**

Sic Arca fœderis in qua adseruabantur Tabule Decalogi significabat Ecclesiam, cum qua Deus fœdus fecit, seu quæ recepta est à Deo, quæ custodienda uerbi à Deo traditi, & in qua post resurrectionem totus Decalogus lucebit, ardebit Dilectione Dei



to corde, tota anima &c. Hæ commonefactiones ad locum de Ecclesia adiungantur.

## III.

# MIRANDA CONSER- uatio Nohe in aquis.

Omnibus temporibus Ecclesia uelut Nauis in immenso mari seuissimis Tyrannidum, Hæresium, intestinorum certaminum & ingentium ærumnarum procellis iactatur. Sed tamen ut filius Dei Nohe nauiganti adsuit, sic semper Ecclesiæ suæ inter ingentium periculorum fluctus, dux & gubernator adest, nec nautas suos deleri sinit, ut ipse inquit, Ego uobiscum sum, usq; ad consummationem seculi. Item, Non relinquam uos. Ac ut Sol hoc tempore anni circa brumam, etsi longissimè à nobis distare uidetur, tamen terræ proximus est, uidelicet in perigeo, Sic CHRISTVS Sol iusticiæ, qui ante annos 1553. die brumæ natus est, nunquam propius suæ Ecclesiæ adest, quàm cum longissimè ab ea discessisse uidetur. Huc omnia testimonia quæ de præsentia Dei in ærumnis concionantur, ex loco de Calamitatibus Ecclesiæ, referenda sunt.

## TEXTVS.

Videntes filij Dei, filias hominum,  
P 2 quod



quod essent pulchræ, acceperunt  
bi uxores.)

Causæ diluuij numerantur, Vagæ libidines, Ma-  
bra ueræ Ecclesiæ seu filij sanctorum Patrum, qui  
habebant initia fidei, & erant hæredes promissi-  
onis, excussa fide, quaslibet sine ullo discrimine, nullas  
ex posteritate impiorum Cainitarum in matrimo-  
nium duxerunt, & uagis ac incestis libidibus  
contaminarunt cum matribus, filiabus, sororibus,  
suis & omnibus quas elegerant.

Non iudicabit spiritus meus  
homines perpetuò &c.

Hoc est, Tollam ab hominibus ministerium uerbi  
mei, per quod Spiritus sanctus iudicat, accusat, &  
damnat peccata hominum, eosq; ad poenitentiam con-  
uertat. Quia uideo meum ministerium, meum uerbum  
& meipsum gygantæa audacia ab hominibus Episto-  
lis contemni & derideri.

Est itaq; hoc dictum descriptio tristissime po-  
enæ spiritualis, quæ poenas corporum solet præce-  
dere, uidelicet priuationis ministerij Euangelici, in  
Amos 9. dicitur, Mittam uobis famem audiendi uerbi  
Dei.

Obseruent autem Studiosi hic ueram, uocabulo-  
rum iudicij & Spiritus, significationem.

Iudicium aliàs significat noticiam doctrinæ,  
Psal. 119. Psal. 19. Iudicia Domini uera.

Inter dicitur



Interdum tribunal seu locum in quo iudicia exercentur. Psal. 142. Non intres in iudicium.

3. Publicum officium iurisdicendi, docendi in Ecclesia, arguendi peccata &c. ut hoc loco, & Psal. 1.

4. Significat poenam, ut 1. Cor. 11. 1. Pet. 4. Ioh. 5. Resurgent ad iudicium.

5. Cum opponitur furori, significat mitigationem poenae, ut Ierem. 10. Corripe me DOMINE in iudicio.

Vocabuli Spiritus significationes supra capite Primo recitatae sunt. Hic simplicissime intelligatur de Spiritu sancto per ministerium Euangelij arguente peccata, et inuitante homines ad poenitentiam, ut dicitur Ioh. 16. Spiritus sanctus arguet mundum. Et Iohan. 5. Tres sunt qui testimonium perhibent in terra, spiritus, aqua & sanguis. Esai. 59. Spiritus meus qui est in te, & uerba mea &c.

### Quia est caro.)

Vsitatissimae Phrasae sunt in Paulo, Ambulare secundum carnem, quod est manere in ignoratione & contemptu Dei, & ruere contra conscientiam. Ac in Paulo, & in hoc Genesis loco significat Caro totam naturam humanam sine Spiritu sancto ignaram Dei, & prophana securitate negligentem, contemnentem & deridentem Deum & uerbum Dei, & laxantem frenos omnibus cupiditatibus contra uoluntatem Dei.

P § Ambulare



Ambulare secundum Spiritum, est accepto spiritu sancto habere lucem fidei, & uera fide Deum inuocare, & Spiritu sancto reprimere uiciosos motus.

Eruntque dies illius centum uiginti annorum.)

Do eis 120 annos spacium poenitentiae, intra quod si non resipiscant, diluuium eos obruam.

Et si autem in quocumque lapsu singuli fuerint mortis aeternae, & iuste possent à Deo interfici, tamen immensa bonitas Dei differt poenas, ut spacium miseris ad emendationem seu conuersionem concedat, ut monet parabola de ficu Lucae 13. Et Paulus Rom. 2. Bonitas Dei ad poenitentiam te inuitat. Dilendum est autem tam tetram prauitatem esse in humana natura, ut hac ipsa dilatione, pro qua grauius agere debebat, confirmet multiplicem impietatem. Lenius curet iudicium Dei, propterea quod dilantur poenae, etiamsi mora ualde exigua est, secundum ὀκνησάντων. Sed lento gradu ad uindictam suam uina procedit ira & tarditatem supplicij grauius compensat, ἡρόνια μὲν τὰ ἄνω θεῶν ἐξ ὀκνησάντων ἀποδένει &c. ut Euripides ait.

Gygantes erant super terram.)

Homines Cyclopici, feri, immanes, prophetae curitate contemnentes Deum & homines, laxantes frenos omnibus cupiditatibus, nulla uel Dei uel



nestorum hominum, uel æqui aut boni ratione habita. Talis apud Euripidem Cyclops describitur,

ὁ πλῆθος ἀνθρώπισκε τοῖς σοφοῖς θεός,  
τὰ δ' ἄλλα, κόμπη καὶ λόγων ἐνμορβία,  
οὐδ' οἶδ' ὅτι Ζεύς ἐσι ἐμὸν κρείσσων θεός.  
ἢ γὰρ δ', ἀνάγκη καὶν θέλῃ καὶ μὴ θέλῃ,  
τίκτεσθαι πόαυ, ταμὰ πιάινει βοτὰ.

Hinc orta est apud Poëtas fabula de Gygantibus bellum cælo inferentibus. Tales nunc sunt Gygantes, Epicurei Pontifices & alij, qui deriso Deo & hominibus, omnis generis sceleribus & flagitijs se contaminant.

Potentes in seculo.) Id est, in mundo opprimentes alios imbecilliores, nihil æquo & iure, sed omnia ui & Tyrannide gerentes.

Viri famosi.) Id est, infames supra dictis sceleribus, Epicuræo contemptu Dei, oppressionem imbecilliorum, & uagis libidimibus.

Pœnituit Deum, quod fecisset hominem, & tactus dolore cordis.)

Vox Pœnitere creberrimè in scriptura idem est, quod mutare rem præsentem, ut Ier. 18. Si pœnitentiam egerit illa gens, agam & ego pœnitentiam de malo, quod cogitavi ut facerem ei. Psalm. 105. Pœnituit DEVM secundum multitudinem misericordiæ suæ, id est, mutauit calamitates. Ier. 26. Pœnitet me mali quod cogitavi facere. Psalm. 110. Non pœnitebit

P 4 eum,



eum, id est, non faciet irritum. Quare & huius  
simplicissima enarratio est, Poenituit Deum  
fecisset homines, id est, mutauit factum, seu perit  
homines, quos antea fecerat.

Erudita est & Lyræ explicatio, scribentis poenitentiam & similes affectus esse in Deo non secundum rem, nec secundum similitudinem, sed dici de Deo secundum similitudinem effectuum, scilicet quod producantur à Deo effectus similes effectibus à patente productis.

In scholis satis commode distinguunt inter voluntatem beneplaciti, quæ est immutabilis, seu ipsa essentia Dei, de qua Psalm. 144. Rom. 9. Rom. 12. dicitur, & uoluntatem signi mutabilem, ut præcepta prohibitiones, promissiones Dei &c. ut disti. 45. præsententiarum prolixius dicitur: Sic iram Dei dicunt usurpari pro signis externis, quibus iratus defenditur, sic poenitentiam pro mutatione & deletionem mundi.

Lutherus de doloribus in corde Nohe à Spiritu sancto excitationis enarrat, ut in ipsius enarratione comparet.

Noe inuenit Gratiam, id est, habuit Deum inuentem, placuit Deo, gratus seu acceptus fuit Deo. Apud Latinos fauor & Gratia habent se correlatiue, ut agens & patiens, sed Ebraei una uoce gratiam & Gratiam complectuntur. Ac in Paulo gratissimè gratia significat gratuitam acceptationem.



qua Deus immensa misericordia nos quanquam pol-  
lutos, suo fauore & beneuolentia complectitur. Io-  
han. 1. Luc. 1. Rom 5.6.

Vir iustus.) Id est, placens Deo, & acceptus ad  
uitam eternam fide promissi Seminis, ut Ebr. 11. cla-  
rè dicitur, iusticiæ fidei hæres factus est.

Perfectus.) המרים Id est, integer, non conta-  
minatus cultu idolorum aut falsis opinionibus, aut  
externis sceleribus contra Legem Dei, sed militans  
bonam militiam, habens fidem & bonam conscien-  
tiam. Non significat habentem omnes uirtutes &  
omnium uirtutum summos gradus. Hec uera &  
simplex explicatio ad multos alios locos intelligen-  
dos prodest.

In generationibus suis.) Id est, inter homines  
sui temporis.

Ambulauit cum Deo.) Doctrina & mores  
eius congruebant cum uoluntate Dei, agebat causam  
Dei in publico ministerio, ut Petrus 2. Pet. 2. uocat  
eum præconem iusticiæ.

Corrupta est terra.) Id est, totus Mundus seu  
omnes homines terram incolentes contemnebant  
Deum, & flagitiosiss. omnibus cupiditatibus frenos  
laxabant, & sceleribus se contaminabant.

Finis uniuersæ carnis uenit coram me.) Id  
est, decreui delere omnia uiuentia.

Iniquitate.) Id est, iniuria, fraude, rapina, ca-  
lumnijs.

P 5 Arcam.)



Arcam.) Nauem.

Mansiunculas.) Id est, nidos & domunculas.

Cœnacula Tristega.) quæ tres contignationes habebant. Act. 20. Eutychus dormiens. Certe

τρίτης τριῖς, id est, à tertia contignatione.

Spiritus uitæ.) Id est, uitalis.

## SEPTIMUM CAPUT.

**P**roximè monui Historiam Diluuij, ideo praeputè scriptam esse, ut extaret illustre testimonium ueræ, seriæ, horrendæ & inenarrabilis iræ Dei aduersus peccatum, cuius cogitatione singuli commiscere, & ad Timorem Dei ac uitæ emendationem exuscitari debebamus. Sed tātus est stupor humanorum pectorum, tanta duricies, ut nec comminationibus diuinis, nec horribiliū pœnarum exemplis moueantur. Itaq; sibi cumulant iram in die iræ & reuelationis iusti iudicis Dei, qui reddet unicuique iuxta opera sua, Rom. 2.

Diluuium cœpit Anno Mundi 1656.

Hoc anno CHRISTI 1552. sunt anni à Diluuiio 3861.

Quinq; autem Diluua in historijs celebrantur.

Primum, Nouimestre, quod totam terram obruit, cuius historiam hoc loco Moses descripsit, unde etiam



Mnaseas Phœnix & Ieronymus Ægyptius, quos Iosephus lib. 1. cap. 5. citat, suis scriptis inseruerunt.

Secundum, Niliacum.

Tertium, Atticum, quod in littus Græciæ & insulas in mari Ægeo exundauit temporibus Patriarchæ Iacob.

Quartum, Thessalicum sub Deucalione rege Thessaliæ, circa id tempus, quo filij Israël ex Ægypto egressi sunt, annis 790. ferè post Diluuium sub Noha.

Quintum, Pharaonicum in Ægypto, circa belli Troiani tempora.

Ex hac distinctione apparet, Græcos, quos Ouidius in suo Chronico seu Metamorphosi secutus est, temere primum Diluuium sub Noha, & quartum quod sub Deucalione accidit, confudisse.

Mansit tamen apud Græcos memoria primi Diluij, ut ex Luciani libello de Dea Syria, non procul à principio apparet, ubi historia Diluij prolixè recitatur.

### TEXTVS.

Ex Animantibus Mundis.) quæ licebat Deo offerre in Sacrificijs, & quorum esus postea non interdictus est. Leuit. 11.

Tolles septena.) Id est, accipies septem, tria paria & unum, quod post Diluuium Deo mactes in sacrificio.

Vt saluetur semen.) Id est, conseruetur. 1. Timoth. 4.



moth. 4. Deus est saluator omnium hominum, id est  
conseruat, sustentat, et alit uitam omnium hominum.

Quadraginta diebus.) scilicet, antequam eue-  
uetur Arca de terra.

Duo & duo ingressa sunt.) Id est, paria de  
singulis animantibus sua sponte & ultro ingressi  
sunt Arcam.

Abyssi.) ἄβυσσος, significat immensam et pro-  
fundam aque molem, ab α & βύσσω, cuius fundum  
pertingere non possumus.

Cataractæ.) καταρῆγμα rumpo, cum in  
petu deijcio. Significat casum aquarum, quæ ex sub-  
limi cum ingenti fragore decidunt, qualis sub oppi-  
do Schaffhausen est Rheni cataracta. Quidam  
dicant plurimis in locis cælum patuisse, & uide-  
re aquarum flumina maximo fragore delapsa esse in  
aquis supra cælos. Sed simplicissimum est cata-  
ctas de pluuiis, & Abyssum de inundatione Noë  
intelligere.

Vxor Noe.) ἡ Βεροσὶ Tytea uocatur.

Vxores filiorum eius.) Pandora, Noë  
Noëglia.

Inclisit eum Dominus de foris.) Dulcis-  
sima est Irenæi uox, Filius Dei semper adest humani  
generi, & est custos Ecclesiæ suæ, quam inter peri-  
cula protegit & defendit. Hic quoque sedit ad cla-  
uam in Arca Noë, & pios Argona-  
tas gubernauit.

OCT



OCTAVVM  
CAPVT.

Recordatus est autem Dominus  
Noe.)

Quod in Græco uersu de Athenis dicitur:

Ἀρκὴς ἑστῆς ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ οὐ βέβηκεν ἐκ τῆς θαλάσσης. Hoc est,  
Mergitur uter in unda, at nō submergitur unquam.  
Id rectissimè de Arca Nohæ, & de omnium tempo-  
rum Ecclesia usurpatur. Vt enim Arca seu Nauis  
Nohæ in uastis Diluij fluctibus agitata non obrui-  
tur aut submergitur, sed filio Dei gubernante salua  
& incolumis conseruatur, Sic omnibus temporibus  
Ecclesia Dei turbulentissimis tempestatibus perse-  
cutionum & hæresium iactata, cum prorsus à Deo  
uelut dormiente obliuioni tradita esse, & negligi  
& deseri uidetur, tamen mirando modo liberatur  
& defenditur. Dicitur autem Deus recordari Ec-  
clesiæ suæ, cum ex ærumnis eam liberat. Nec dubi-  
um est ex huius Capitis principio sumptam esse dul-  
cissimam precationem Abacuc: Domine in ira tua  
misericordiæ recorderis. Et cum historia Arcæ No-  
hæ congruit historia Euangelij de Nauicula Chri-  
sti,mersa fluctibus, Christo dormiente, quæ extat Mat-  
thæi 8. & dictum Psalm. 77. Excitatus est tanquam  
dormiens crapulatus à uino.

ALLE.



ALLEGORIA CORUI  
ni & Columbæ.

Valde concinna, erudita, pia, & consideratissima est Corui ac Columbæ ramum Oleæ arcam ore suo referentis Allegoria. Est enim CORUI V V S imago Legis, quæ, ut 2. Cor. 3. dicitur, ministerium mortis, & peccati, nec certum indicium salutis diluuij, hoc est, placatæ iræ Dei, liberationis a peccato, morte, & restitutionis uitæ ac salutis æternæ pauidis conscientijs adfert.

COLUMBA est imago ministerij Euangelij, quod in ore ministrorum sonans, saluberrimum ministerium gratiæ diuinæ, remissionis peccatorum, Spiritus sancti, & uitæ æternæ credentibus, in Arcam Euangelij inclusis adfert.

Hæc allegoria ex multis illustribus testimonijs extructa est. Luc. 10. In uulnera sauciati Samaritanus infundit Vinum & Oleum, hoc est, Legem & Euangelion.

Lucæ. 19. Zachæus stat in Sycomoræa, id est, in populo Legis, qui non fert fructus, nisi scalpulo ferro, & ungatur Oleo, hoc est, Nisi per Legem peccata arguantur, & accedat consolatio Euangelij.



Oleum etiam usitatissimè donationem Spiritus sancti, & effectus coniunctos, ut lucem rectè agnoscentem Deum, leticiam, pacem conscientie, & uitam significat. Psal. 44. Vnxit te Deus Oleo leticie. 1. Ioh. 4. Vnctio docet nos omnia, id est, Spiritus sanctus docet nos omnia.

Rami Oleæ significabant pacem, ut Decad. 3. lib. 4. apud Liuium apparet. Et Christo intranti Ierosolyma populus offert ramos oleæ & palmarum, tantquam auctori pacis, & uictori.

Columbæ igitur referunt imaginem ministrorum & omnium piorum in Ecclesia, sicut ipse Spiritus sanctus in specie Columbæ apparuit. Et Christus inquit: Estote simplices sicut Columbæ.

Sunt autem proprietates Columbæ plerique his uersiculis comprehensæ.

Est sine selle, gemit, rostro non ledit, & ungues  
Possidet innocuos, puraque grana legit.

Gaudet aquis, quæritque greges, celerique uolatu

Tuta petit, foetus educat alterius.

Masculus ipse fouet foetus atque incubat ouis,

Coniugij seruant fœdera casta simul.

Hec simulacra uirtutum, & ceteras inclinationes, & actiones Columbis proprias, non difficile est per allegoriam, primum ad ipsum Christum, deinde ad Ecclesiam, postea ad ministros Euangelij, postremo ad singulos pios, accommodare.

Mansit



Mansit autem apud Ethnicos quoque memoria  
ius Columbae ex Arca Noe emissae, ut ex Platonis  
libello de Industria animalium constat. Ac quod Herodotus  
in Euterpe scribit Oraculi Dodonaei  
Hammonis originem à duabus Columbis, quae  
Dodonem & Aegyptum euolarint: Id ex historia  
Diluvij & nominibus Dodanim filij Iaphet & Ham  
filij Noe ortum, & à posteris deprauatum esse  
paret

## III.

DE ANNI SOLARIS  
quantitate.

Perspicuum testimonium de Anni quantitate  
historia Noe consideretur. Cum enim Noe  
gro anno in Arca commoratus sit, conferenti tem-  
pora introitus & exitus, apparet Anni spatium  
duodecim menses lunares Synodicos, & praeter  
undecim dies, quos nunc Epactas uocant. Ingre-  
ssus est enim Noe in Arcam anno uitae suae 600. die  
cima septima secundi Mensis. Iussus est autem eg-  
redi ex Arca, anno uitae suae 601. die uicesima septima  
secundi Mensis. Efficiunt autem Duodecim Menses  
Lunares Synodi (quorum definitionem supra ca-  
pituli 1. recitavi) 354. dies. His si addas 11. dies à Decimo  
primo die secundi Mensis, usque ad uicesimum septimum



mun inclusiuè, constituetur iusta Anni Solaris  
Quantitas, uidelicet dies 365.

## IIII.

SACRIFICIUM  
Nohe.

Sacrificium est ceremonia uel opus nostrum,  
quod Deo reddimus, ut eum honore afficiamus, &  
pro acceptis beneficijs gratias agamus. Sic Nohe  
hoc holocausto gratitudinem suam pro miranda li-  
beratione ex Diluuiò ostendit, & hoc quasi Sacra-  
mento suam fidem auget & confirmat, ut supra de  
finibus Sacramentorum dictum est.

Erat autem singulare testimonium quod DEO  
placerent & acciperentur sacrificia, cum diuino  
halitu seu igne cœlesti accendebantur. Hinc Meta-  
phora in uerbo odorandi sumpta est, quæ simul eti-  
am monet, Deum sacrificio, hoc est, gratiarum actio-  
ne, inuocatione, pietate, & cultibus Nohe mirificè  
delectatum fuisse, ut nos fragranti odore uiolæ aut  
rosæ suauiss: recreamur. Ac ex hoc Genesis loco,  
Odoratus est Dominus odorem suauitatis, seu odo-  
rem suauem & gratum, sumpsit Paulus hanc for-  
mam loquendi Ephe. 5. Christus semetipsum tradidit  
pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem  
suauitatis, Et Philip. 4. Accepi ab Epaphrodito mu-  
nera



nera uestra, odorem suauitatis, sacrificium acceptum  
placens Deo.

Generaliter autem sacrificia conferuntur ob  
ribus, et addebantur odores, Quia (ut in loco de  
nis Operibus dicitur) omnia opera piorum debent  
esse odor, id est, latè sparsa, & bene fragrans san-  
de Deo, id est, debent referri ad celebrandum De-  
um, ut alij bona doctrina & bonis exemplis imitemur,  
ut dicitur, Luceat lux uestra coram hominibus,  
ut glorificetur Pater uester cœlestis.

Placent autem omnia Christianorum opera pro-  
pter solum filij Dei sacrificium. 1. Pet. 2. Offerite  
sustias spirituales acceptas Deo per Christum. Ita  
cum sacrificia Patrum expiare peccata dicuntur,  
meminerimus id de significato, non de significato  
intelligendum esse.

### TEXTVS.

Adduxit Spiritum.) Id est, uentum.

De Abyſſo & Cataractis dixi Cap. 1. & 7.

Reuerſæ sunt aquæ euntes & redeuntes.  
Id est, paulatim decurrerunt subinde magis ac ma-  
gis decreſcentes.

Montes Armeniæ.) Ebraicæ ארמון quod  
ſignificat collectionem tremantis. Dicuntur autem  
die adhuc in Armenia Eccleſiæ Chriſti eſſe, quod  
fortaſſe quiete Arcae Nohæ ſignificatum eſt.

Coru-



Coruum qui egrediebatur.) Id est, est reuersus, ultro citroq; circa Arcam uolitauit, nec tamen passus est se iterum adprehendi & concludi in Arcam.

Odorem suauitatis.) Id est, odorem suauem & gratum. Solent enim Ebræi adiectiuum & substantiuum sic coniungere, ut alterum ponant in genitino casu.

Sensus & cogitatio humani cordis.) פְּרָצָה figmentum seu plasma, seu fabricatio est mala, hoc est, omnia quæ cor tanquam figulus fingit, cogitat, et machinatur, sunt mala & displicentia Deo.

Cunctis diebus terræ sementis & messis, æstas & hyems.) Promittit Deus non uelle se totam iram suam deinceps erga totum genus humanum uniuersali pœna effundere, sed uelle se ordinem naturæ à se institutum conseruare usq; ad finem Mundi.

Præcipuè autem hic consideretur immensum beneficium Dei, quod gratissimas uices temporum, dierum ac noctium, æstatis & hyemis, sementis & messis fecit, ut terra & animantia conseruarentur. Non enim ut Virgilius inquit,

Res hunc teneræ possent perferre laborem,

Si non tanta quies iret, frigusq; caloremq;

Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

Et ad has uices temporum conseruandas, & rerum nascentium fœcunditatem augendam admi-

Q 2 rabili



rabili sapientia Deus motum Solis, Luna, & con-  
nientes Stellarum ortus & occasus accommodat

## CAPVT NO- NVM.

### LOCI PRÆCIPVI

- I. *Doctrina de Coniugio repe-  
tur.*
- II. *Institutio Magistratus politici-  
& de pœna homicidij, & ca-  
sis pœnarum.*
- III. *De signo IRIDIS.*
- IIII. *Historia de lapsu Nohe in  
strema parte capitis, Decem  
Locos contmet, quos ibi enu-  
uam.*

De primo Loco supra in fine Secundi Capitu-  
tis dictum est.

### II.

Magistratus politicus est potestas



DEO instituta & ordinata, ut sit custos disciplinæ externæ, iuxta totum Decalogum, & tueatur pacem, & puniat contumaces vi corporali. Ac expressè in hoc Capite instituitur & ordinatur Magistratus hac lege. Qui fuderit humanum sanguinem, per hominem fundetur sanguis illius. Quod dictum Chaldaeus Paraphrastes sic expressit, Qui effuderit sanguinem hominis, per testes, iuxta sententiam iudicis cum sanguis eius fundatur.

Eruditissimus autem commentarius in hoc dictum Mosis est caput XIII. Epistolæ ad Romanos, quod est Sedes materiæ de Magistratu politico.

*Quing; autem sunt causæ, propter quas  
vult Deus certo ordine per Ma-  
gistratus Homicidia et alia  
scelera puniri.*

1. Iusticia Dei, Vindicibus flammis sibi qui contraria delet, Ipseq; iusticiæ regula sola manet.

Hoc disticho expressa est sententia dicti, Deus ignis consumens est.

2. Ut conspiciatur inter homines discrimen inter iustos & iniustos, ut agnoscamus Deum iustum esse, & uelle nos cum sua iusticia congruere.

3. Tranquillitas publica. Prorsus enim dissipare-

Q 3 tur,



tur, uel certè turbaretur ciuilis societas, nisi latro-  
cinia & alij furores compescerentur.

4. Exemplum, ut horrendis pœnis homicidi-  
um & similia scelerum, Homines deterri-  
tent delicta. Item ne Boni sceleratorum consue-  
tudinè deprauentur, ut dicitur in Ouidio, Sed im-  
dicabile uulnus Ense recidendum, ne pars summa  
trahatur.

5. Et grauiſſima causa hoc loco recitatur, Quod  
ad Imaginem Dei Homo factus est. Vt enim Deus  
ipsum & suum Filium, dominum nostrum IESUM  
CHRISTVM, qui est proxima & substantia-  
lis imago Dei, uult honore affici & non uiolari:  
hominem quoq; propter hanc Imaginem, quæ est  
radius lucis & uitæ diuinæ, uult conseruari. Ac  
interfectores Filij sui horribiliter puniuit: Ita coe-  
les-tes, qui filijs Dei adoptiuis, in quibus per Spiritum  
sanctum Imago Dei instauratur, manus afferunt, &  
in hac uita seuerè puniri uult, & post hanc uitam  
nisi pœnitentiam agant, in æternas pœnas abijcet.

Carnem cum sanguine non com-  
detis.)

Præceptum de non comedendo Sanguine, Sym-  
bolum est seu Sacramentum seuerissimæ prohibi-  
tionis de cæde, ac sepe postea repetitur, Leuit. 7. 1.  
Deut. 12. 15.

Et Act. 15. Apostoli eundem ritum retinent pro-  
pter tres causas.



I. Propter disciplinam, Quia hæc obseruatio tradita Nohe, erat symbolum politicum, additum prohibitioni cædis. Ideoq; Iudæi propemodum abominabantur esum sanguinis, ut cædem ipsum.

II. Propter scandalum, ne infirmi offenderentur, iuxta Regulam Rom. 14. Infirmum in fide assume, Nam si Apostoli etiam hunc morem antiquum sustulissent, dixissent aliqui prorsus Ethnicismum fieri, atq; ita imperitiores prorsus alienati fuissent.

III. Propter confessionem, ut hoc ritu testarentur se doctrinam inde usq; à Nohe traditam, amplecti. Cum autem hic ritus de sanguine & δ'ιόφορος esset, & tantum disciplinæ & scandali causa tunc retentus, rectè fecit Ecclesia abolens eum cessante scandalo.

### TEXTVS.

Carnem cum sanguine non comedetis.) In Ebræo est, Carnem in anima sua, sanguine suo non comedetis. Paraphrasis Chaldaica sic reddidit: Carnem cum anima sua, quæ sanguis eius est. Est enim Sanguis sedes seu uehiculum uitæ, & fons ac nutrimentum Spiritus uitalis, qui uolitans per totam corporis machinam, impertit omnibus membris uiuificum calorem, & uim sentiendi, mouendi, & omnes functiones animales obeundi.

De manu uiri, & de manu fratris eius requiram animam hominis.)

Q 4 Hoc



Hoc est, de manu cuiuscunque, qui occiderit animam  
requiram, hoc est, sumam poenas de omnibus homici-  
dis.

Quicumque effuderit humanum  
sanguinem, fundetur sanguis illius.  
In Ebreo expresse inseritur particula, Per homi-  
nem, scilicet Magistratum, qui iuxta certas & bonas  
leges disciplinam tueri & scelera punire de-  
bet.

## III.

## DE SIGNIS SEU SACRAMENTIS, &amp; de Iride.

Semper Deus uerbo seu promissionibus suis ad-  
didit externa signa in oculis incurrentia, que ad-  
monitos hominum de promissione admoneant, & trepi-  
dantes subinde erigant ac confirment, ut sine ulla  
dubitatione promissioni assentiantur. Hec signa ex-  
terna seu testimonia & sigilla promissionis, usitata  
Sacramenta uocantur, de quorum usu & finibus su-  
pra Capite Quarto dictum est. Ita Iris est signum  
externum, quo confirmatur Nohe & tota posteritas,  
ut statuatur deinceps Terram non amplius aqua  
Diluij oppressam iri.

Sentiunt autem plerique Iridem etiam ante Di-  
luium fuisse signum pluuiarum, sed nunc deinceps  
destinatam esse in signum foederis seu promissionis.



qua Deus pollicebatur se nolle deinceps Mundum  
uniuersali Diluuiio delere.

Causas Physicas & generationem Iridis Ari-  
stoteles in tertio libro Meteororum prolixè expli-  
cat.

IRIS est arcus, habens uarios ad-  
uerso Sole colores, in nube rorida &  
concaua, ex radiorum Solis oppositi re-  
fractione & reflexione ad nostrum ui-  
sum apparens.

Semper autem hæc tria centra, Solis, nostri ui-  
sus, & Iridis in una recta linea consistunt, quæ linea  
est axis in pyramide illuminationis nubis roridæ,  
quæ Iridis materia est.

Iam de lumine radiorum Solis in nube reflexo-  
rum tantum illud cernitur, quod ad unum punctum  
in axe pyramidis, uidelicet ad uisum nostrum se-  
cundum æquales angulos reflectitur.

Et si igitur tota superficies nubis roridæ Soli  
oppositæ illuminatur & coloratur radijs Solis, ta-  
men quia cæteri radij reflexi non concurrunt ad no-  
strum uisum, sed uel ultra uel circa centrum uisus  
deferuntur, nobis ea tantum pars colorata apparet,  
ex qua radij ad nostrum uisum ad æquales angulos  
reflectuntur. Sicut in aqua clara, splendente Sole,  
ubi est forma Solis, nec tamen uidetur nisi in uno lo-  
co, unde

Q s



co, unde fit iusta reflexio radiorum ad uisum, in  
to uero loco alibi cernitur.

Hinc etiam, cur Iris arcus figura appareat,  
telligi potest. Nam radij Solis in superficiem  
incidentes, & ad æquales angulos reflexi circa  
ferentiam circuli describunt, cuius centrum in  
in lineam ex centro Solis per centrum nostri  
productam.

Colorum in Iride uarietas à partium nobis  
ride raritate, densitate, & diuersa positione  
ri existimatur. Vt enim Radij Solares per  
rubrum uel flauum transeuntes, lumen rubrum  
flauum deferunt, Sic radij Solares in nubem  
dam inæqualiter dispositam incidentes, reflexi  
uersos colores nobis ostendunt, ex quibus præ  
sunt isti tres, puniceus, uiridis, flauus, ex quorum  
mixtione plures alij oriuntur. Sed totam hanc  
tationem de Iride ex Aristotelis loco citato, uel  
Physicis libellis petat, qui uolet.

#### IIII.

NOHA VIR AGRICOLA  
plantauit Vineam.

Multiplicem doctrinam hæc postrema No  
pitis Narratio continet, quam in Decem Locis  
tribuemus.



PRIMVS. Vicia & lapsus sanctorum Patrum Nohe & aliorum in historijs sacris ideo considerandi sunt, ut ex his exemplis de naturæ nostræ infirmitate commones facti, emendemus securitatem nostram, & deponamus fiduciam nostri, discamus timere Deum, & petere auxilium ac gubernationem diuinam, ut dicitur; Sine me nihil potestis facere.

SECVNDVS. Discrimina peccatorum Venialium & Mortalium, seu regnantis & non dominantis, quod supra recitatum est. Cham contra conscientiam seu ἐν ἡγοῦμένῳ consulto & cogitato deridet patrem. Noha non habet ἡγοῦμένῳ delinquendi, sed ut sepe nolentibus aut ignorantibus quædam offensiones accidunt, Sic ipse quadam humana imbecillitate peccauit, aliquanto largius bibens uinum, genus potionis tunc nouum & inusitatum, quod ideo Deus Seni ostendit, ut in senectute naturam infirmam diuturnitate laborum, curis & molestijs confectam, rigatione suaui & bene nutriente potu reficeret & confirmaret. Vt Solon dixit: Senes duabus rebus præcipuè delectari, Bono uino, & suaui colloquio Doctorum. Et post uerbum Dei & bonam conscientiam, uinum præcipuam uim exhilarandi animos habet.

TERTIVS. Exempla pietatis erga parentes & ὁσπριάς obseruentur. Pietas est uirtus quæ parentibus,



rentibus, & cognatis tribuit debitum honorem  
amorem, ut dicitur: Honora patrem & matrem.  
Complectitur autem Honor hæc tria.

I. Reuerentiam, quæ est agnoscere quod paren-  
tes diuinitus sint instituti & adprobati, & prop-  
rea se eis subijcere, & uera beneuolentia prop-  
Deum eos complecti.

II. Obedientiam externam.

III. *Επιεικεία*, quæ in tanta infirmitate hu-  
na quosdam neuos & leues offensiones parentum  
condonat, & honesta animi moderatione tolerat,  
cum parentes sunt morosiores, attentiores ad re-  
suspicientes, iracundi, minus temperantes quam opor-  
tebat &c. De hac imbecillitatum condonatione  
emplum duorum filiorum Nohe, Sem & Iaphet  
hoc in loco admonet.

QUARTVS. Noha significat omnes pios  
precipue ministros Euangelij, qui etsi debebant  
*ἀνεγκλητοί*, id est, expertes criminum, tamen  
quosdam infirmitates, ut ceteri habent, quas  
auditores & hypocritæ odiose amplificanti &  
aggerant, cum potius sua æquitate eas tegere  
uirtute sanare deberent.

QVINTVS. Doctrina de Temperantia  
Sobrietate in cibo & potu hoc loco cogitatur,  
omnibus necessaria, & multarum uirtutum



est, ideoq;  $\sigma\omega\phi\sigma\tau\omega\nu$ , hoc est, custos sapientie dicitur. Cum enim temperamentum cerebri, diuinitus conditur ad cogitationem de rebus diuinis, quassatur densis & turbidis fumis à crudelitate, intemperantiam sequente ortis, extinguatur lux & agnitio Dei, impeditur & languescit intentio mentis in Inuocatione, intermittuntur necessarij labores, accersuntur morbi, & temperamento cerebri corrupto, sequuntur deliria & furores etiam in ieiunijs. Vt igitur mens intenta esse possit in cogitatione de Deo, in precatione, in doctrinarum studijs, in regendis moribus, temperantia colenda est, & fugienda Ebrietas, cuius erudita & splendida uituperatio in I. Tomo Declamationum Philippi extat.

SEXTVS. De Verecundia hoc in loco dici potest, quæ in genere est uirtus, qua uerentes nostra & aliorum rectè iudicantium iudicia, coercemus omnes cupiditates, & in gestu et habitu non discedimus à naturæ, personarum & locorum ordine, & occulamus eas corporis partes, quas natura abdidit atq; contextit. Intuentes igitur hoc exemplum filiorum Nohe, & alia Dei mandata, execremur furores Cynicorum, qui & uerecundiam in gestu corporis externo ac in loquendo, & in genere honesta ac turpia, non sua natura, sed opinione talia esse disputant.

SEPTIMVS. De Maledictione Cham teneamus



mus duplicem esse maledictionem. Aliam spiritalem, qua ira Dei & poenae aeternae delinquentibus denunciantur, ut Deut. 27. dicitur, Maledictus eris, qui non permanet in omnibus quae scripta sunt in Lege. Aliam corporalem. Etsi autem utraq; maledictione Cham à patre feritur, tamen praesentes poenae certò Dei consilio differuntur.

OCTAVVS. De Seruitute ac Liberate corporali ac spirituali hoc in loco dici posset, de quo infra cap. 21. Exod. agemus.

NONVS. Promissio benedicti Seminis ad miliam Sem transfertur hac uoce: Benedictus seminus Deus Sem, hoc est, Messias, qui est Deus benedictus in secula nascetur ex posteritate Sem, & inhabitabit Ecclesiam benedictione spirituali, ut Ephes. dicitur.

DECIMVS. Collectio Ecclesiae ex Iudeis & Gentibus dulcissime significata est hac uoce: Laphet Elohim lelaphet, id est, Dilatet Deus Iaphet, & habitet in Tabernaculis Sem. Nam Gentes ex posteritate Iaphet ortae, sunt uelut Oleaster insitus in am & participes fiunt promissionis & beneficiorum Christi, & recipiuntur in Tabernaculum Sem ex quo Christus ipse & Ecclesia Iudaica, ad quam Lex, Promissio & omnia Christi beneficia proprie pertinent, oritura erat. Ad hunc Genes. cum alludit Ephes. 2. Proinde non amplius estis



spites et peregrini, sed conciuēs Sanctorum, & domestici Dei (recepti in domum seu Tabernaculum Sem seu ueræ Ecclesiæ Dei) edificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum.

Vixit Noe trecentis quinquaginta annis post Diluuium) uidelicet cum omnibus posteris suis usq; ad 58 annum Abrahamæ, qui fuit 42 annus ante natum Isaac.

## CAPVT DE CIMVM.

**G**enealogia filiorum Nohe quæ in hoc Capite Decimo recitatur, etsi ociosam nominum multitudinem continere uidetur: tamen grauissimam doctrinam simul complectitur, & multis de causis Ecclesiæ necessaria est.

1. Ut sciat Ecclesia, per quos uiros & quibus testimonijs, doctrina cœlestis, ad nos inde usq; ab initio generis humani propagata sit.

2. Origines gentium & Regionum terræ ac gentium distributiones & stirpes primæ in hoc Capite describuntur. Quas cognoscere non modo iucundissimum est bonis mentibus, uerum etiam utile ac necessarium ad lectionem omnium historiarum.

3. Hoc Caput describens origines & propagationes gentium, illustre testimonium est hanc solam doctrinam



doctrinam in scriptis Moyſi & Prophetarum comprehensam, omnium antiquiſſimam, ideoq; & reſimam eſſe. Rectum enim eſt quodcunq; prim Adulterinum uero quodcunq; poſterius.

4. Lucem aſſert Prophetis, qui appellati ſtirpium ſeu primorum parentum, gentes nomina diſcernere ſolent, ut Ægyptum Moſes & Prophetæ ubiq; nominant terram Mizraim.

5. Etymologiæ Nominum Propriorum in ſcriptis & prophanis historijs aliquid lucis aſſerunt.

6. Et præcipua utilitas eſt, Vt Genealogia Chriſti integræ Eccleſiæ nota eſſet. Voluit enim Deus tres ſcire, ex qua ſtirpe & familia Chriſtus natus eſſet, & in quo populo expectari, doceri, & in ſacra edere, pati, & reſuscitari deberet.



Propter has cauſas utilis & neceſſaria eſt hæc capituli cognitio.

Ordine igitur totam Genealogiam ſeu Noe filiorum, qui ex filijs Noe procreati ſunt, recenſe-

## NOHA.

SEM	CHAM	IAPHET
-----	------	--------

Ex his tribus filijs Noe omnes Gentes poſteritatis ſeu humani generis propagatæ ſunt.

SEM  Id eſt, nomen, uel à  poſteritatis delictum ut ſit ſtirps Meſſiæ & ueræ Eccleſiæ. Huius poſteri Syriam, Perſiam, & reliqua orientis tem occuparunt.



CHAM חם Id est, calidus uel niger. Hic cum suis posteris Palestinam & Ægyptum ac Libyam possidet. Vnde reliquum mansit nomen Iouis Hammonis, à quo gentes ille ortæ sunt.

IAPHET, יפת Id est, dilatatio, cuius posteritas latissimè in minori Asia & per totam Europam uersus Occidentem & Septentrionem propagata est.

Hunc Græci IAPETVM, & ex ipsius filijs unum PROMETHEVM nominant, & ab eo hominem ex limo terræ fictum, & Ignem Iouis ad homines ex cælo delatum esse scribunt hanc sorte ob causam, quia ex ipsius sermonibus doctrina de creatione protoplasti ad gentes emanauit, Et quia ueram Sapientiam, quæ est radius lucis diuinæ, uidelicet doctrinam de Deo, præcepta de moribus & leges motuum cœlestium alijs tradidit. Hinc ab Hesiodo nominatur Ἰαπετιοειδὴς πάντων πρῶτος μῦθος ἐξ ὧν. Et Ouidius.

Quam satus Iapeto mixtam fluuijalibus undis  
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum  
Pronaq; cum spectent animalia cætera Terram  
Os homini sublime dedit &c.

## FILII IAPHET

SEPT E M.

I. GOMER, à quo Cimmerij seu Cimbri existimantur orti esse. Hi primum ad Borysthenem &  
R Tanaim,



Tanaïm, & Tauricam Chersonesum habitantem  
ubi adhuc reliqua sunt nomina Bosphori & oppidum  
Cimmerij, cuius meminit etiam Herodotus lib. 4.  
Ptolemæus lib. 5. Geographiæ. Narrat autem  
Herodotus pag. 3. & 117, Cimmerios à Scythijs  
partim in Asiam minorem ac Lydiam infusos  
partim in alia loca diffugisse. Eo tempore con-  
taneum est Cimmerios à Borysthene ad hanc  
Baltici litoris progressos, Cimbrica Chersonesus  
(quæ nunc Holsatia & Iutia uocatur) nomen dedisse.  
Plane enim idem nomen est Cimmerij & Cimbrorum  
ut etiam Strabo lib. 7. pag. 203. testatur. Et Plinius  
in Vita Marij scribit Cimbro, qui cum Romanis  
bella gesserunt, in uexillo Caput Tauri picture.  
Quod nunc quoque Duces Megapolenses à ueteribus  
Cimbris orti, in suis insignibus retinent. Cimmerii  
autem, quorum Homerus mentionem facit, in locis  
prope Neapolin & Puteolos latrocinia exercuerunt,  
& in specubus & cuniculis subterraneis habitauerunt.

מגוג Id est, finiens, perficiens.

II. MAGOG, מגוג Id est, de tecto, seu habitantes in tugurijs. Nam מגוג significat tectum. Ab his  
Scythas νομαδες καὶ ἀμαξοβίδες & Turcos  
ortos existimant. Collocat autem Plinius Turcos  
in Scythia non procul à Cimmerijs uersus orientem.  
Et Herodotus in Scythiæ descriptione pag. 117  
minat ἱππας,



Fit autem mentio gentis Magog Ezech: 38. 39. & Apocal. 20. Quam latissimè postremis temporibus regnaturam & cum Ecclesia Dei bellum esse gesturam ibidem prædicitur. Hæc ad Turcicam gentem propriissimè congruunt.

III. MADAI, stirps seu pater gentis Medorum, qui ubiq; in Biblijs nomine Madai significantur. Dan. 5. 6. 8. 9. Ierem. 25. 51. Esai. 13. Tenuerunt autem regionem finitimam Armeniæ & mari Caspio, in qua urbem Egbathana condidit Deioces, cuius pronepos fuit Astyages, auus maternus CYRI, quem una cum Dario Medo regnasse Daniel narrat.

Id est, modius seu mensura.

IIII. IAVAN seu ION. Qui sine ulla dubitatione stirps est Gentis Ionice seu Græcæ. Daniel. 8. Aries quem uidisti rex Medorum est atq; Persarum. Porro Hircus caprarum Rex Græcorum est, uidelicet Alexander Magnus, qui Arietem, hoc est, Persarum Regem deuicit. Dan. 11. Rex Persarum concitabit uires aduersus regnum Iauan, id est, Græciæ. Idem nomen extat Daniel. 10. Ezech. 27. Esai. 66. Joel. 3.

Huius Iauan seu Ionis memoria mansit apud Græcos, & Latinos Poëtas, qui nominant IANVM. eunq; bifrontem pingunt, fortassis hanc ob causam, quia utriusq; gentis Græcæ & Latine pater fuit.

Vocem Ieronimus lib. 8. Comment. in Ezechielem interpretatur, Est & non est. Vnde fortassis

R 2 defraus



defraudatorem aliqui uertunt. Aliqui à πρὸς  
cunt, quæ uox Vinum significat. Quod à Nobis  
mum inuentum est.

V. TVBAL, Ezech. 32. 27. 38. 39. coniungitur  
cum Mesech & Magog. Inde apparet gentem  
ptentrionalem & Cappadociæ, Moschijs, &  
chis uicinam esse.

Fuerunt autem in ea uicinia Chalybes, quos  
quos uene ferri & argenti præstantes fuerunt,  
Chalybs dicitur.

Ex eo loco in Hispaniam profectos esse Chaly-  
bas ferri opifices narrat Iustinus. Ideo Iosephus  
lib. 1. cap. 11. & Berosus scribunt Tubal gentis His-  
panicæ conditorem esse. Et in Boetica urbem hoc no-  
ne ponit Pomponius Mela.

חַבָּל Id est, fructus, germen, à חָבַל protulit.  
VI. MOSOCH, stirps Moscorum & Cappadociæ  
cum ac Moscorum esse putatur. Nam Cappadociæ  
metropolis fuit Mazaca, quæ postea in honorem  
Augusti Casarea est appellata. Et in finibus Cap-  
padiæ & Colchicæ Moschij montes & populi  
Iulemeo, & Apollonio celebrantur, cuius hi-  
storia sunt lib. 2.

Ἐκχείλω χαλυβες καὶ ἀτείρεα γαῖαν ἔχοντες  
ἐργατῖναι τὸν δ' ἀμφὶ σιδηρεὰ ἔργα μέλονται  
τῇ δ' ἐπὶ μοσχοῖς οἱ δμοῖοι ὑλῆες αὐτῶν  
ἐξείκεις ἢ παρὸν ὑπὸ πείρασιν νέμονται  
δ' οὐρατέοις πύργοις ἐν οἰκίᾳ τεκτινύοντες



καὶ ἀλινά, καὶ πύργους ἐπιηγέας, οὓς καλέσσι  
μώσωνα. καὶ αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἐνθερ' ἔασιν.

Sine autem à ligneis castis, ut hic Poëta scribit, si-  
ue ab extendendis arcubus, ut Ebræa uox מִשְׁכָּן no-  
tat, nomen acceperint: certum est Moschos Cappa-  
docibus Colchis & Iberis uicinos fuisse, ut Ptole-  
meus Strabo, Herodotus pag. 103. & alij testantur.  
Inde ulterius uersus Septentrionem progressi MO-  
SCOVITIS nomen dederunt, quorum metropolis  
nunc est MOSCA urbs amplissima ad flumen  
מוֹשְׁקוֹמַי sita, quæ à Vilna Lithuanie urbe 160  
milliaribus uersus ortum, à Riga fere 200 milliar.  
distat.

Fit mentio gentis Mosoc Ezech. 27. 32. 38. &  
Psalm. 120. Hei mihi quia exulo in Mesech.

VII. THYRAS, amplissimæ gentis Thraciæ  
parens fuisse putatur. Extat autem adhuc hodie no-  
men Tyræ fluuij in Russia, cuius ostio inter Istri &  
Borysthenis ostia ferè medio, gradus long. 56. 20. la-  
tit. 47. 40. tribuit Ptolemæus lib. 3. cap. 5.

תִּירַס Id est, populator, destructor, à דָּרַס  
fregit.

### *Filij Gomer primogeniti Iaphet.*

ASSENEZ, à quo Tuiscones & Teutones  
nomen habere uulgo censentur. Sed uicinior appel-  
latio est ASCANIÆ regionis, in qua urbs Nicæa  
R 3 deinde



deinde condita est in Bithynia, cui & Mysi & Heneti & Caucones finitimi fuerunt, ut Homerus etiam in Catalogo indicat, & Ἰλιάδ. v.

Πάλλωντ' Ἀσκανίον τε, μόρω δ' ἵππων ἱπποτόων  
Μυσῶν ἄγχεμάχων ἠγήτορα.

Οἱ δ' Ἰσκανίης ἐπιβόλακος ἦλθον ἄμοιρος.

Ex illa Asia regione Ascanes una cum Mysi Henetis & alijs gentibus uicinis in Europam & Germaniam migrasse consentaneum est, ut nunc Henetos passim genti Teutonice admixtos effundimus.

De Ascania regione, fluuio & lacu Troiaeno, lectores consulant Strabonem lib. 12. pag. 189. lib. 14. pag. 467.

צנצנא Ascenaz per zain, custos ignis, seu ignis quasi aspersus à צ. שן & צנ. d. præceptor ponit, ex שן et צנ id est, Sacerdos ignis, seu perfectus & custos Sacrificiorum & religionis.

RIPHAT, à quo Paphlagonas ortos esse scribit Iosephus lib. 1. cap. 11. & Ieronymus. Certum est autem Paphlagoniam HENETORVM sedem uetustam esse, ut ex Homero Ἰλ. B. apparet.

Παφλαγόνων δ' ἠγέτο Ἐνλαμνέος λαῶν  
κῆρ  
ἔξ Ἐνετῶν.

Et Liuius statim initio suæ historiae scribit Antenorē cum multitudine Henetorum, qui seditionem



ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, Rege Py-  
lemene ad Troiam amisso, querebant: uenisse in in-  
tinum maris Adriatici sinum &c.

Consentaneum itaq; est Riphat stirpem esse am-  
plissimæ gentis Henetæ, quæ postea uersus septentri-  
onem & occasum progressa plurimas Europæ re-  
giones, Sarmatiam, Russiam, Seruiam, Illyricum, Bo-  
iemiam occupauit & hodie tenet.

Cumq; Riphæos montes in Sarmatia nominet  
Ptolemæus, ad fontem Tanais sitos: omnino consen-  
taneum est originem adpellationis esse à Riphat filio  
Gomer.

רִיפַת domus iumentorum seu stabulum, נֹמָא-  
דֵּם. seu Gygantes אֲרֵפַח.

THOGORMA. Ezech. 27. in descriptione  
Negociationis Tyriæ dicitur, Mancipia & uasa  
area adduxerunt populo tuo de domo Thogorma.  
Et Ezech. 38. Gomer & domus Thogorma latera  
Aquilonis. Hinc apparet septentrionalem aliquam  
gentem Cimmerijs & Moschis uicinam hac uoce si-  
gnificari.

הַגְרֹמָה confringens ossa, אֲגָרִם.

Filij IAVAN seu IONIS, qui est  
quartus filius Iapheth.

1. HELISA, à quo PELASGOS antiquissi-  
ma



mam & populosissimam Græciæ gentem, ortos  
apparet. Vt autem Heneti in plurimis & distan-  
tibus gionibus confederunt: ita Pelasgi etiam ἠλυν-  
τῶν ἔθνος (ut Herodotus lib. 1. eos nominat) fu-  
runt. Vetusissima eorum sedes Thessalia fuit  
Epirus, ubi in Templo Iouis dodonæi memoria  
danim fratris Helisa remansit. Postea in Pelopon-  
sum & Italiam quoque propagati sunt, ubi Cere  
in Hetruria ab eis condita est. Sed belli Troiani tem-  
pore Pelasgi etiam in Asiæ regione, quæ Æolis dicitur,  
Larissam urbem Cumæ vicinam tenuerunt.  
ex Homero Ἰλ. β. apparet.

Ἰμπόδοος δ' ἄγε φῦλα πελασγῶν ἐγγιστάτω,  
ἔωρ,

ἦν δὲ Λαρίσας ἐριβώλακα νοετᾶσσορ.

Occuparunt autem & Insulas Asiæ Minori-  
nas, ut Menecrates testis est. Ideo Ezechiel, cap. 25.  
ex insulis Elisa Hyacinthum & Purpuram ad Ty-  
rios adferri scribitur. Et apud Græcos Poetas ce-  
bris est Æolus, Rex Ventorum, hoc est, Insularum  
mari Græco. Plura autem de uetustate & migra-  
tionibus gentis Pelasgæ legant Studiosi apud Strabo-  
nem lib. 5. pag. 153. & lib. 13. pag. 428.

עֲלִישָׁה Elisah, id est, Dei mei agnus.

2. THARSIS, conditor Tarsi in Cilicia, pa-  
triae S. Pauli Apostoli. Quam Græci ignari patri-  
originis gentium, fingunt nomen habere à Græco  
τάρσος, quæ altitudinē pedis, den Reien / figu-  
cat.



eat. Quia Bellerophontes excussus à Pegaso & in  
eum Cilicie locum decidens τᾱγοσ opfregerit.

3. CETHIM, stirps gentis Macedoniae, & La-  
tine, ut manifestissimum est ex historijs sacris. Nam  
Esai. 23. Vastator Tyri, Alexander Magnus ex terra  
Cethim educitur. Et 1. Macc. 1. Alexander Magnus  
scribitur ex terra Cethim egressus esse. Et 1. Macc. 8.  
Philippus & Perseus Reges Macedoniae à Romanis  
uicti, nominantur Reges Cethæorum. Et Stephanus  
autor Lexici Geographici scribit uetustos non Ma-  
cedonem sed Μακεδων scripsisse, מכתים q. d. de  
Cethim seu ortus à Cethim.

Indicat autem Suidas in dictione Λατῖνοι, Ce-  
teos in Italiam ductos esse à Latino Telephi filio, à  
quo Latini dicti sunt. Ideo in Prophetis sæpe Roma-  
ni quoq; seu Latini appellatione Cethim indican-  
tur, ut Dan. 11. Contra Antiochum Epiphanem ueni-  
ent naues ex Cethim, id est, Italia. Et Num. 24. Veni-  
ent in trieribus de Cethim, superabunt Assyrios, ua-  
stabuntq; Ebraeos. Extat præterea nomen Cethim  
Ierem. Ezech. 27.

כתים Citthim, id est, percussores concidentes,  
à כרת condidit.

4. DODANIM, Huius nomen mansit in Epi-  
ro, ubi Templum fuit Iouis Dodonæi, quod una cum  
Iouis Hammonis oraculo monstratum esse à duabus  
Columbis ex Ægypto prouolantibus scribit Hero-  
dotus pag. 57. Hæc ex Diluuij historia emanasse, &

R s à poste=



à posteris, qui doctrinam Patrum amiserant, depuata esse apparet.

Consentaneum est enim Dodanim nepotem pheth in ea Epiri ora sedem Ecclesie & Scholæ stituisse, in qua uera de Deo doctrina ad posterum propagaretur.

Hac extincta Diabolus sue blasphemie & idolatriæ sedem ibi collocauit, ut semper in Mundo uiuere solet.

עֲבָדָיו id est, cognati miseri, ab עֲבָדָיו, uel filios dilecti, à יְיָ.

## FILII CHAM

### Quatuor.

I. CHVS, pater gentis Æthiopum & Arabum Felicis, ut ex plurimis Scripturæ locis manifestum est, Ezech. 29. 30. Dabo terram Ægypti quam dissipatam à turre Siens, usq; ad terminos Æthiopie. Ezech. 38. Esai. 19. 20. 2. Paral. 14. Ierem. 43. alibi. Et Chusitas populos Aphricæ nominat Prouerbia lib. 4. cap. 6.

II. MESRAIM, מִצְרַיִם MiZraim, id est, adfligens, angustijs premens, à יִצְרָאֵל. Hunc certum est stirpem esse gentis ÆGYPTIÆ. Et uerbum in Mose etceteris Prophetis in Latina uersione men Ægypti extat, semper in Ebræo textu MiZraim legitur.



III. PHVT, à quo Mauritani orti sunt, apud quos flumen Phututh nominat Ptolemæus lib. 4. & Plinius lib. 5. cap. 1.

Latinus interpres Ierem. 46. Ezech. 27. & alibi uocem Phut ferè Libyam reddidit. Vicinum est nomen Phaëton, quem cognitione motuum cœlestium claruisse & inusitatos ardores ex astris prædixisse, Poëta indicant. Hunc Phaëtonem conijciunt aliqui fuisse Phut nepotem Nohe.

פוט Id est, cardo.

IIII. CHANAAN, stirps gentis Chanaan, quæ in undecim populos distributa, regionem ab Ægypto usq; ad Tyrum & Sidonem occupauit, & ab Israëlitis magna ex parte deleta est.

כנען Id est, Mercator.

*Filij Chus, primogeniti  
Cham.*

1. SABA סבא per Samech, partem Æthiopiæ occupauit, ut Esai. 43. & 45. dicitur, Negociatio Æthiopiæ et Sabaim uiri sublimis ad te transibunt.

סבא ebrietas.

2. EVILA, עוילה parturiens.

3. SABATHA, à quo metropolis Æthiopiæ sub Ægypto nomen accepit, cui Ptolemæus lib. 4. tribuit longit. 68. 20. lat. 12. 30.

סבתה circumueniens.

4. RE=



4. REGMA, Ezech. 27. coniungitur cum Saba. Hinc conijcio eum Arabiae Felicis partem cupasse.

רעמה Raemah, tonitru, tumultuator.

5. SABATHACA, סבתא א סב circumuit, ו חבה adhesit.

### *Filij Regma.*

1. SABA, שבה per Schin, à quo Arabiae Felicis metropolis nomen accepit, cui Ptolemaeus tribuit long. 76. lat. 16. Huius mentio fit Esai. 60. Omnes Saba uenient, aurum & thus afferentes. Psal. 72. Reges Arabum & Saba dona adducent. Item Ezech. 27. 38. 3. Reg. 10. Ierem. 6.

שבא à שב reuersus est, respuit, uel à שבה sedit. Sedes Regni.

2. DEDAN, à quo Arabiae Felicis urbs, Ezech. 27. 38. mentio fit, nomen accepit.

דדן mammilla.

### NIMROD, SEXTUS filius Chusi, Primus Monarcha in Mundo.

Mirando autem consilio distribuit Deus terra Mundi post Diluuium in quatuor Monarchias, quorum prima est Chaldaeorum & Assyriorum.



à Nimrod nepote Cham initium sumpsit. Hic uocatur uenator robustus. Quia non solum prudentia & industria, sed etiam robore, armis, ui, ac gladio homines in potestatem redegit & regnum constituit. Additur autem particula coram Domino, ut intelligamus imperia diuinitus constituta & ordinata esse, & diuinitus dari uictoriam, & successus in constituendis imperijs, & Magistratus gladium gerentes Dei ministros esse, ut in enarratione 13. cap. ad Romanos dicitur.

רררר amarus dominator, à ררר שרר.

Cœpit autem regnare Nimrod anno 131. post diluuium & regnauit 56. annos, teste Beroso lib. 4. Hic Babylonem condidit, quæ à confusione linguarum sic dicta est, Gen: 11.

Fuit autem una ciuitas Babylon τερράρα diuisa in quatuor partes nominibus distinctas, Babel, Arach, Archat, Calanne.

בלל confusio, à בלל.

ארך longaminis, patiens.

אכר Acad à כר hydria, amphora.

בלל consummata, à בלל.

Sennaar.) regio, quæ postea Babylonia appellata est, cuius mentio fit Daniel. 1. Esai. 11. Genes. 11. 1.

שער à שר dens, & שער excussit, Vel à שנה repetens seu iterans excussionem.

De terra illa egressus est Assur & ædificauit Ninuien.) Nimrod ipse de terra Sennaar seu Babylone



Babylone egressus est in Assur seu Assyriam, ut imperij sui propagaret & edificauit Ninium.

Alij de Assur filio Sem interpretantur, qui gerit impietatem Chamitarum & alibi sedem suam habuit.

Xenophon scribit Assyrium fuisse nepotem Iudaei, cognomine Ninum, qui Vrbi à se conditam nomen dederit. Iudicium de his interpretationibus tibi permitto.

Et platea Ciuitatis. ) Nomen proprium est. Nam Niniue etiam תַּרְפֻּן־לֵאָה fuit, hoc est, platea in quatuor partes, quarum nomina fuerunt.

Niniue נִינְוָה id est, populosa, à נֵחָל.

Rehoboth רְחוֹבֹת platea.

Chala בְּלָח fortassis à לֶחֶת uiride, recens.

Resen רֶסֶן frenum.

*Filij Mizraim, qui est secundus  
filius Cham.*

1. Ludim.) Ab hoc ortos esse Lydos ex sua nomine coniectura sumitur.

לֹוִיִּם nati, generati, Germanicè Lude.

2. Ananim.) אֲנָנִים miseri, adfliti.

3. Laabim.) à quo Libya nominata est.

לֶחֶבִים flammæ, ardores quibus torrens Libya.



4. 5. 6. Neptuim, Phetufim, Chesluim.) Ne-  
scio quarum gentium origines fuerint.

נפתחים NaphtiHim, id est, aperti.

פתרסים Phathrusim, fortassis à פת Phat buc-  
cella, ורסיסים Resisim guttae.

בסלהים Chaslahim à סלה Salah, propicia-  
tus est, pepercit.

7. Philistijm.) quinq; amplas urbes in littore  
Terræ Canaan tenuerunt, atq; postea toti terræ, no-  
men Palestine dederunt.

שוות ונבל ruinam ponentes, à נבל ושוות.

8. Capturim.) Huius posteri Philistinis per-  
mixti, in eodem litore maris Syriaci habitauerunt. La-  
tinus Interpres Deut. 2. Ierem. 47. Amos. 9. uocem  
בפתרים uertit Cappadoces. Verum non Cappa-  
doces ad Pontum Euxinum, sed posteri Caphtorim  
fratris Philistijm eo loco intelligendi sunt.

בפתרים interpretes enigmatum, à פתר uel  
manus exploratorum.

Filij Canaan, à quibus populi Terræ  
Chanaan seu Palestine, no-  
mina accepe-  
runt.

9. Sidon.) Condidit celeberrimam urbem Si-  
donem.

צור uenator, à צור uel צור.

10. Hethæ.



2. Hethæum.) Tenuit Hebron  $\text{ו}$  uicina  
ut perspicuum est ex Genes. 23. Ex hoc ortus  
Vrias maritus Bethsabeæ.

$\text{חַתָּה}$  pauor, terror, à  $\text{חָתָה}$ .

3. Hiebusæum.) Tenuit Ierosolyma  $\text{ו}$  Gela  
Iud. 1.9. 2. Reg. 5. 1. Paral. 11. Deut. 7.

$\text{עֵיס}$  conculcator, contemptor, à  $\text{עָס}$ .

4. Amorræum.) Hic duas regiones occupauit  
Alteram, quæ postea in sortem tribus Iuda cessa-  
teram trans Iordanem, cuius metropolis fuit  
bon, in tribu Ruben. Num. 21.32.

$\text{אַמֹּרִי}$  loquax,  $\text{ἀντὸς ἔφα}$ .

5. Gergesæum.) A quo orti sunt Gergesæi  
terra Gessuri trans Iordanem, quorum Matthei  
mentio fit.

$\text{גֵּרְגֵּשִׁי}$  tumultuator.

6. Euæum.) Tenuit Sichem. Gen. 34. et Gergesæi  
Deut. 2.  $\text{ו}$  Masspha uel Mizphe ad radices  
Hermon. Ios. 11.

$\text{חַוִּי}$  nuncius, index, à  $\text{חָוָה}$  uel uiuus, à  $\text{חַוִּי}$   
est nomen Euæ, uxoris Adam.

7. Arachæum.)  $\text{עֲרָקִי}$  insequens.

8. Cynæum.)  $\text{סִינִי}$  Sini, rubus. Ab hoc  
tum Sin, nomen accepit.

9. Aradium.) In finibus Iudææ  $\text{ו}$  Arabiæ  
træ urbem condidit. Num. 21.33.

$\text{אֲרָדִי}$  dominator, à  $\text{רָדָה}$  uel descendit  
 $\text{יָרַד}$ .



10. Samarithen.) צמריי lana, laneus.  
 11. Amathæum.) A quo urbs & regio Emath  
 in finibus tribus Neptali & montium Libani nomen  
 accepit, cuius crebra in Biblijs mentio fit.  
 חמתי furor, à חמת.

### Termini Terræ Canaan.

Latus occidentale est vna à Sidone ad Geraram & Gazam ducta.

Latus meridionale à Gaza ad Dedomam.

Latus orientale à Sodoma usq; Iesa, quæ postea  
 Cesarea Philippi dicta est ad fontes Iordanis.

Latus Boreale est Libanus inter Iesa & Sidonem.

Gerara.) Vrbs sita inter Hebron & Gazam, in  
 qua Abraham & Isaac aliquandiu peregrinati sunt.

גרה Id est, peregrinatio.

Gaza.) Vna ex quinque urbibus Philistij, ultima  
 in littore Palestinae uersus meridiem, cuius mentio  
 fit Act. 8.

Ebraice עצה fortis, ab עצה.

Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim.)  
 Quatuor urbes uicinae, quas Deus igne & sulfure  
 coelitus demisso cremauit. Gen. 19. Ose. 11.

Sodoma) סדומה mysterium eorum, à סדר uel  
 nervus uel compedes, à סר.

ס Gomora



Gomorra) עמורה manipulus, Vel populus  
bellis, ab עמ מורה.

Adama) אדמה terra.

Seboim) צבים gloria uel decor, uel caprea.

Nam צבי utrumq; significat.

Iesa) Vrbs Paneas, quæ postea Casarea Philippi  
dicta est.

לשע LaSa, ad salutem, a שש uel ad res  
scendum à שעה.

## FILII SEM.

I. Helam) Ab hoc orti sunt Persæ & Elam  
Dan. 8. Cum essem in Susis castro, quod est in regione  
Elam, Esai. 11. 21. 22. Act. 2. Ezech. 32. Gen. 4.  
rem. 25. 49.

עילם adolescens.

II. Assur) Ab hoc orti sunt Assyrij, quorum  
berrima in libris Regum mentio fit.

אשור beatus.

III. Arphaxat, stirps gentis Ebrææ, ex qua  
braham natus, octauo grado ab Arphaxato descendit.  
Vixit autem Arphaxat 437 annos usq; ad 148 annos  
ætatis Abrahæ.

ארפכשד ArphacSad, sanans uastationem.

IIII. Lud. לוד natus supra plurale habundantiam  
לודים lude.

V. Aram, à quo Syri orti sunt, & Mesopotamici.



Quorum regionem Scriptura Aram Neharaim, id est, Syriam fluuiorum nominat. Et Plinius lib. 6. cap. 17. scribit Scythas antiquitus Arameos dictos esse. **ארם** excelsus.

### *Filij Aram.*

1. Hus, Arabiæ Petrææ partem tenuit, quæ patria fuit S. Iob. Thren. 4. Gaude filia Edom, quæ habitas in terra Hus.

**חזק** consilium.

2. Hul, quem Armeniorum stirpem esse Ieronymus scribit.

**חול** dolens parturiens.

3. Gether, à quo GETAS & GOTTHOS originem suam & adpellationem traxisse consentaneum est.

**גתר** mola, uel uallis explorationis.

4. Mes, à quo consentaneum est Massagetæ ortos esse, cum quibus infelix bellum gessit Cyrus Persarum Rex, quod Herodotus pag. 42 & 44 describit.

**מש** Mas, contrectans, tangens.

### *Filius Arphaxat.*

Sale, ex cuius posteritate Abraham, Dauid, & Christus nati sunt.

**שלח** SelaH, ramus propago.

### *Filius Sale.*

Heber, à quo Hebræi nomen acceperunt.

**ס** **עבר**



עבר peregrinator. Hic post mortem Abraham 64 annos uixit, & 80 annum etatis Iacob attigit.

*Filij Heber.*

1. Phalech, פלג Peleg, id est, Divisio. Nomen quoque uita Phalech Linguae diuise sunt, Quia de sa Turris Babylonicæ edificatio intermissa est.
2. Iectan, יקטן Ioktan, paruus.

*Filij Iectan tredecim, à quibus Indæ regiones occupatas esse existimant.*

1. Elmodad) אלמודד non abiciens.
2. Saleph) שלפ extraxit.
3. Assarmoth) חצרמונה HaZarmamoth stellum mortis.
4. Iare) ירה Iarah, id est, Luna.
5. Aduram) חדורם haduram, etas eorum.
6. Vzal) וזל epulo, belluo.
7. Decla) דקלה Diklah, tenuis, leuis.
8. Hebal) עבאל Obal, crassus, truncus.
9. Abimahel) אבימעל Abimael, pater fortis.
10. Saba) שבה Idem nomen est nepotis Chanaan quo supra.
11. Ophir) Hic nomen dedisse existimatur regi ni Ophir, ex qua Classis Salomonis attulit, 3. Reg: 9. ארפור palatium.



12. Euila) הוילא Hauilah, parturiens.  
 13. Iobab) יובב ab eiulatu.

Hi tredecim filij Iectan occuparunt amplissi-  
 mam regionem uersus orientem, cuius termini sunt  
 Messa & mons Sephar, Quae Indiae loca esse Euse-  
 bius monet.

ברשא, uastitas.

ספּר, Ciphra, uel Notarius.

## CAPVT VN- DECIMUM.

### LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Turri Babylonica, seu Fi-  
 ducia nitente Arcibus et præ-  
 sidijs humanis, magis quàm  
 ipso Deo.
- II. De Confusione Linguarum.
- III. Testimonium de pluribus Per-  
 sonis Diuinitatis.
- IIII. De perpetua successione Do-  
 ctorum Ecclesiae.

S 3 Sup



V. *Supputatio Annorum à D  
uio usq ad natum Abrah*

VI. *De IDOLOLATRI  
fugienda.*

## I.

**E**Xtat Descriptio TVRRIS Babylonice  
Herodotum lib.1. Quam etsi posterioribus  
lis condita est, tamen ad primæ illius Turris  
nem et ideam congruere consentaneum est. Sunt  
tem hæc uerba Herodoti. Ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱερῶς  
γοῦ σφιδεὶς οἰκοδόμηται, σαδὶς καὶ τὸ μικρὸν  
δ' εὐρὸς καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος  
ἐπιβέβηκε, καὶ ἑτοῖος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μὴ  
οὐδ' οὐκ τῷ πύργῳ. ἀνάβασις ἡ ἐς αὐτὸν ἐστὶν  
κύκλῳ περὶ πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα  
πρίν. μεσοῦντι δὲ πρὸς τῆς ἀναβάσεως ὅστις  
παύσῃ καὶ δῶκοι ἀμπαυσήριοι. Ἐνδεῖ τῷ  
λαβνταῖῳ πύργῳ νηὶς ἐπέσι μέγας ἐστ.

Etsi autem edificatio Templorum ac Turris  
ac ceterarum domuum per se res bona est :  
hæc ipsa constructio Turris Babylonice et Arce  
hæ, quorum operum Ideas nemo nisi excellens  
meter præformare potuit, ostendunt illius ætatis  
cellentes artifices fuisse : tamen Fiducia immensa  
huius Arci magis quam Deo : res mala est, et hor



biliter difflicet Deo. Immediatè enim pugnat cum Primo præcepto hæc fiducia humanorum præsidiorum, quæ alit securitatem & diffidentiam erga Deum, & coniunctam habet superbiam et contemptum Dei. Existimant enim Nimrod & ipsius socij, Se tutos fore in illa Turri excelsa, etiamsi Deus iterum Diluio Mundum reliquum obruere uelit, aut etiamsi alia pericula ab hostibus uel quibuscunq; alijs intendantur. Sæpè autem contra hanc fiduciam, opibus, amicis, munitiõibus, industria magis, quàm Deo nitentem, cogitemus, & conciones diuinas & horribilium pœnarum exempla, quæ tota Mundi historia suppeditat. Prouerb. 18. Turris fortissima nomen DOMINI, iustus confugiet ad eam, & defendetur. Ierem. 17. Maledictus qui confidit in homine &c. Psalm. 59. Quis deducet me in ciuitatem munitam? Nonne tu Deus & uana salus hominis &c. Psalm. 60. Tu Deus factus es spes mea, & turris fortitudinis à facie inimici. Psalm. 19. Hi in curribus & equis &c. Nolite confidere in Principibus, in quibus non est salus. Esai. 2. Cessate ab homine, cuius spiritus in naribus est &c.

Exempla ubiq; obuia sunt, ut Nabuchodonosori dicentis, Hec est Babylon quam ego ædificaui. Item Achaz, Apries, & omnes fœderibus, præsertim cum peregrinæ linguæ hominibus, & munitiõibus confisi, perierunt.

S 4 DE



## II.

DE LINGVARVM  
confusione.

Esse horribilis poena est confusio & uariarum  
Linguarum, quae plurimarum in uita calamitas  
ocasio & seminarium est, & propagationem  
de Deo doctrinae, & communicationem sermonum  
de contractibus & de doctrinis & alijs rebus  
necessarijs impedit: tamen hac nostri peccati poena  
Spiritus sanctus ad gloriam Dei & nostram salu-  
tatur, & per diuersitatem linguarum cunctas  
gentes in unitate fidei congregat: ut in ueteri  
creatione dicitur. Itaque etiam donum Linguarum  
Ecclesia accendit, & seuerissime praecipit, ut  
linguas, quae fontes doctrinae coelestis continent, dili-  
enter discamus.

Iubet nos Filius Dei scrutari scripturas Prophe-  
tarum & testimonia de ipso diligenter inquirere.  
aeternus Pater de caelo clamans iubet audiri doctri-  
nam Filium Dei. At Conciones Filij Dei et Prophe-  
tarum, monumentis Linguae Graecae & Ebraeae sunt  
prehensae.

Has igitur Linguas ab omnibus, qui fontes  
de Christo doctrinae degustare cupiunt, necesse  
disci & familiariter cognosci, ut etiam in  
crucis Christi, Ebraeis, Graecis & Latinis literis



pto, significatum est, hisce tribus Linguis præcipue ueram de CHRISTO doctrinam contineri. Exstant autem aliquot Orationes Philippi, de Necessitate discendi Linguas, & ingentibus utilitatibus, quas mediocris earum cognitio discantibus doctrinam Ecclesiæ adfert. Has Orationes diligenter studiosi legant.

## III.

## DE PLVRITATE

## Personarum Diuinitatis.

De pluritate Personarum Diuinitatis & supra Capite 1. & in loco de Deo dictum est. Adiungatur autem ceteris hoc quoque Cap. II. testimonium, Venite descendamus & confundamus ibi linguam eorum. Quandocumque enim in ueteri Testamento Deus de seipso loquitur plurali numero, certum est plures Personas Diuinitatis significari, quæ in nouo Testamento adpellantur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ut supra cap. 1. dicit Deus, Faciamus hominem. Necessesse est igitur plures Personas esse, quæ consilia & colloquia de creatione Hominis communicent.

## IIII.

## DE PERPETVA SVC-

S 5 cessio-



*cessione Doctorum in Ecclesia prae-  
xè in septimo argumento de  
autoritate doctrinae  
dicitur.*

### TEXTVS.

Erat Terra labij unius) Homines in Ter-  
utebantur eodem sermone seu eodem idiomate.  
necdoche.

Venerunt in terram Sennaar) seu Mesopo-  
tamiam, consilio & ductu Nimrodi primae Mon-  
chae Babyloniorum.

Bitumen) pici cognatum est erdtbech. Haec  
diuersa genera sunt. Aliud enim aridum est, quod  
siccatum coagulatur & pici instar durefcit. Hoc  
ad lateres coagmentandos aptissimū putatur. Aliud  
liquidum Bitumen sponte ex terra profluens, quod  
haec loca copiose inuehitur ex Gotthia, uulgo Terra  
appellant. Aliud ex picei generis arboribus exco-  
quitur. Sed de Bitumine in agro Babylonico multa  
legant Studiosi Strabonem lib. 15. & Dioscor. lib.  
cap. 83.

Pro Cæmento) Cæmentum proprie noui  
ten seu calcem aqua & sabulo subactam, sed  
dem rudem et informem ex monte casum significat  
quo ad farcturas architecti utuntur.

Celebre



Celebremus nomen nostrum) ut postea Nabuchodonosor inquit, Hæc est illa Babylon, quam ego edificauit, Dan. 4. Hanc superbiam semper committatur Νέμεσις seu ἄσπερα, hoc est, pœna diuina, quæ effugi non potest.

Descendit Dominus ut uideret) Non re seu substantia descendit, Est enim ubiq; Enter præsentem, Deus hic & ubiq; potenter, Sed desinit dissimulare peccatum, incipit reuelare, arguere, punire. Antea enim perinde se gesserat, ac si non uideret eorum machinationes.

Vt non audiat unusquisq; uocem proximi sui) Id est, non intelligat nec obediat uoci proximi sui. Verba enim Noticiæ non tantum noticiam in sensu aut mente, sed etiam effectus sequentes significant.

## V.

*Hæc sunt generationes Sem.*

*Supputatio Annorum à Diluuio usq; ad Abraham.*

Supra Capite Quinto dixi, Deum immenso beneficio continuam annorum Mundi seriem in libris sacris conseruasse. Ac in hoc Vndecimo Capite numerus annorum à Diluuio usq; ad natum Abraham facile à quouis poterit colligi, si annos, quibus singuli Pa-



li Patres usq; ad natum filium uixerunt, per all  
tionem coaceruabit.

Sem	2.	post Dilu
Arphaxat	35	
Sale	30	
Heber	34	
Peleg	30	
Regu	32	
Saruch	30	
Nachor	29	
Thare	70.	

A Diluuiio ad Abraham, 292.

A conditione Mundi ad Diluuium 1656

A condito Mundo ad natum Abraham. 1948

Anno 52 etatis Abrahæ completi sunt anni M  
di 2000. duo primi Millenarij.

# SERIES PATRVM ET Doctorem ac gubernatorum in Eccl sia Dei a Diluuiio usq; ad na tum Abraham.

SEM, ex cuius posteritate promissum semen Ch  
stus natus est, præcipuus gubernator Eccl  
Dei post diluuium fuit annis 502. Vixit post mortem  
Abrahæ 35 annos. Cum Isaac 110. Cum Iacob 70.



nos. Mortuus est ante descensum in Ægyptum sexagesimo nono anno.

Arphaxat) Hoc est, sanans uastitatem, Vixit 47 annos.

Sale) שלם ramus, propago. Item gladius. Vixit ultra Abraham tribus annis.

Heber) ab hoc Ebraei dicti sunt, peregrinator, ab עבר transiit. Inde Bethabara, id est, domus transitus, Vbi filij Iordanem transierunt.

Vixit autem Heber omnium longissime post diluuium, uidelicet annis 464. Vixit post mortem Abraham 64 anno. Cum Isaac 140. Cum Iacob 80. attigit annum 51 ante descensum in Ægyptum.

Phalech) פלג diuisio, eo quod in diebus eius diuisa sit Terra, Gen:10. Vixit cum Abraham 48 annis. Huius Phalechi anno 31, coepit apud Babylonios regnare Nimrod primus Monarcha.

Reu) רעו amicus, socius, pastor. Vixit cum Abraham 78 annos.

Saruch) שרר palmes, propago. Huius anno 25 apud Babylonios regnauit Belus pater Nini, annos 62. teste Berofo.

Nachor) נכר requies lucis.

Thare) תרר respiratio, refrigeratio, à תרר. Huius anno 26 coepit regnare Ninus, à quo Iustinus suam historiam orditur, annos 52.

ABRAM



ABRAM) nascitur anno Mundi 1948


Anno post Diluuium 291

Anno Nimi Regis Assyriorum 44

אַבְרָם Id est, pater excelsus.

## FAMILIA ABRAHE

### THARE



Aran) אֲרָן conceptus ab חַרָּה non ab חַרָּה  
Hunc scribunt Iudæi, in Vr Chaldæorum ex  
propterea quod cultum Idolatricum ignis im  
bauerit.

Loth) לוֹט absconditus, inuolutus.

Vr) אֲרָר ignis. Inde nomen accepit Orchæ  
uitas Chaldææ, cuius long. 78.30. lat. 32.40.

Chaldæorum) בְּשָׂרִים Chasdim, id est, im  
tores, uel Demones.

Sara) שָׂרָי Domina, imperatrix, Doctor  
man.

Melcha) מֶלְכָּה Regina.



Iescha) יסכה operta tecta, à סכך.

Venerunt usq; ad Aran) חרן Haran, uel Charan, Mesopotamiæ urbs est, cuius long. 23. 20. latit. 36. 10. distat igitur ab Orchoe seu Vr Chaldaeorum circiter 80 milliar. germ.

## V.

*Eduxit eos de Hur Chaldaeorum.*

DE IDOLOLATRIA  
FUGIENDA.

IDOLOLATRIA est in genere honorem Deo propriè debitum tribuere cuicunq; rei, quæ nō est Deus: aut alligare Deum ad cultum aut rem aliquam, ad quam se ipse non alligauit suo Verbo. Semper autem Mundus Idolorum plenus fuit. Ac magna multitudo hominum oblita promissionem de Christo, & uerum usum signorum, quæ promissioni addita sunt, deprauans, ipsa signa in numina seu Deos uertit.

Sic Chaldæi & Persæ, Ignem finxerunt esse Deum, Quia audiuerant Igni delapso ex cælo incensas esse uictimas. Hunc ignem corrupto uocabulo Ebræo Orimasda uocarunt (Nam אור OR Ebræis Ignem בשרים Chasdim Chaldaeos significat.) & in publicis pompis Regi prætulerunt, ut ex Xenophonte lib. 8. & Plutarcho apparet.

Exat



Extat autem Ebraicum uocabulum Orim,  
quod ignem Chaldaeorum significat, apud Phari-  
saicum in uita Alexandri & Artaxerxis, & apud  
Ithiam pag. 428.

Sic Papiste panem circumferunt, & Deum  
affirmant. Ut autem adoratio ignis Chaldaeorum  
Persici est Idoli adoratio: Sic in Papistica obla-  
tionem aut circumgestionem adoratio panis profana  
Idoli adoratio. Quia cultus ille contra & extra  
stitutionem confectus est. Quare sicut Thare &  
Abraham & ceteri etsi initio coluerunt Idola  
ut Ios. 24. expresse scribitur, tamen postea admo-  
uerbo Dei sonante per Sem, ex Vr Chaldaeorum  
est, à cultu idolatrico ignis fugiunt, Sic nos quoque  
Papisticam oblationem ac circumgestionem  
& omnes cultus idolatricos uitemus, ut seuerius  
precipitur, Fugite Idolatriam. Item, Non habetis  
Deos alienos.

## CAPVT DVO DECIMUM.

Ut in omnium Sanctorum historijs, sic in  
Abrahae historia, Sex Loci precipue conside-  
rantur.



- I. *Conseruatio Ecclesie & mis-  
sio Doctorem.*
- II *Doctrina de Lege & Euan-  
gelio.*
- III. *Miracula testimonia Doctrinae.*
- IIII. *Exercitia fidei.*
- V. *Virtutes singulis imitandae pro  
Vocatione.*
- VI. *Exitus Vitae.*

De his materijs postea suo loco ordine dicetur.  
Nunc huius Duodecimi Capitis proprios Locos enu-  
merabimus.

- I. *De miranda instauratione Ec-  
clesiae, & vocatione Docto-  
rum*
- II. *Enarratio promissionis de Chri-  
sto traditae Abraham: In Se-  
mine tuo benedicentur omnes  
Gentes.*
- III. *Exemplum Fidei acquiescens*  

T      tis



tis in promissione & obedientis Deo in uocatione.

IIII. Confessio Abrahæ fugientis latrariam, & deserentis patriam in qua cultus idolorum defendebantur.

V. Exemplum Tolerantiæ Abrahæ in perferendis ærumnis exiliij & alijs periculis.

I. Locus.

DE MIRANDA CONSERuatione Ecclesiæ & missionis Doctorum.

Etsi Ecclesia Dei exiguus coetus est, oppressa Mundo, miser, & uerè, ut Daniel uocat, dispersa. Tamen miranda Dei bonitate semper conseruata, & subinde instaurata est, excitatis Doctoribus, qui errores & idola taxauerunt, & repurgatam doctrinam propagauerunt, ut Paulus inquit, Sedes Dei ad dexteram æterni Patris, & largitur bonum hominibus, quæ ut impertiat, excitat Pastores, Doctores, Prophetas &c.



Estq; continua successio talium Doctorum & instauratorum Ecclesie, qui, ut in acie prioribus decedentibus, mox alij in horum uestigia insistant, sic continuato ordine sibi succedunt. Nota est autem ex Capite Quinto & Vndecimo series primorum Patrum, qui duobus milibus annorum Ecclesiam reuerunt. Nunc anno Mundi 2025. cum pleraq; gentes oblite essent ueram doctrinam, & passim idola colerent, Vocatus est Abraham, ut collapsam in Palestina Ecclesiam instauraret, & doctrinam promissionis de Christo propagaret. Agamus autem DEO gratias; quod hos summos Ecclesie duces excitauit, quod per eos fuit efficax, & restituit & auxit Ecclesiam, quod addidit eis sua testimonia, & quod tradidit nobis uerbum, per quod impertit uitam eternam. Oremus etiam ut deinceps Ecclesiam apud nos excitatis salutaribus doctoribus, & repressis hostibus Euangelij seruet & gubernet.

## II.

ENARRATIO PROMIS-  
sionis de CHRISTO tradite Abra-  
ham, In Semine tuo benedice-  
tur omnes Gen-  
tes.

T = Fons



Fons omnium Euangelij concionum, & præcipua  
ac propria Ecclesie sapientia est, Promissio uenturi  
Seminis, quæ ideo Adæ & Abrahæ tradita est,  
subinde illustrata, ut sciret Ecclesia inde usque ad  
tunc se recipi à Deo propter uenturum Semen, quod  
intelligebant fore hostiam pro peccato, & propter  
ipsum dari remissionem peccatorum, et uitam æternam.  
Ac omnes uitæ æternæ heredes, etiam cum  
quam Christus ex uirgine natus est, fide, hoc est, per  
ducia misericordie propter CHRISTVM, qui propter  
missæ saluati sunt, ut Act. 15. Iohan. 8. Rom. 4. Gal.  
dicitur.

Cum autem pleraque conciones Propheticae  
Apostolicae uersentur in enarratione promissionis  
datæ Abrahæ, breuiter tantum, ut magnitudo remissionis  
hisce breuibus uerbis inclusa appareat, Octo locos  
præcipuos recensebo.

- I. De Persona Messie.
- II. De Conceptione & Natiuitate  
Christi.
- III. De Beneficijs Messie.
- IIII. De Applicatione.
- V. De discrimine Legis & Euangelij.



VI. *Quod sola Fide iustificemur coram Deo.*

VII. *De Peccato Originis.*

VIII. *De Vocatione gentium.*

*Primus Locus. De Persona  
Messiae.*

Duas Naturas perspicue describit promissio. Cum enim futurus sit Semen Abrahæ secundum carnem, necesse est in eo naturam humanam esse, uere sumptam ex posteris Abrahæ. Cumq; liberaturus sit Ecclesiam à maledictione Legis, à peccato, ab ira Dei, à Tyrannide Diaboli, & donaturus sit Ecclesiam cœlesti benedictione, necesse est in eo diuinam et omnipotentem naturam humanæ unitam esse, ut inquit Epistola ad Ebræos. Filius DEI non Angelos, sed Semen Abrahæ adsumpsit. Et Psal. 110. Enarrans hanc promissionem; Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donet ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

*II.*

*Conceptio & Natiuitas  
Christi.*

T 3 Omne



Omnes concepti ex uirili Semine immundi sunt  
 & contaminati peccato, & nascuntur filij ire,  
 dicitur, In peccatis concepit me mater mea. Con-  
 igitur Messias expers peccati, Ecclesiam à peccato  
 & ira Dei liberaturus sit, necesse est eum sine uirili  
 semine concipi. Ideo inquit Esaias: Ecce Virgo con-  
 cipiet & pariet Filium. Et Luc. 1. Spiritus sanctus  
 superueniet te, & uirtus altissimi obumbrabit te.  
 Quia enim ex commixtione uirilis seminis propa-  
 gatur natura immunda, Christus sine ulla commix-  
 tione natus est. Et tamen ut esset Semen Abrahæ, sum-  
 pta est de substantia uirginis Mariæ Massa sanctifi-  
 cata per Spiritum sanctum, ex qua corpus nascens  
 Messias formatum est.

### III.

#### De Beneficijs Messie.

*Beneficia Messie una voce Bene-  
 dictionis breuiter significantur.*

Hanc enarrat Petrus Act. 3. DEVS misit Filium  
 suum IESVM benedicientem nos, ut conuerteremur  
 numqueng; à peccatis suis. Et Paulus Ephes. 1. Deus  
 & Pater Domini nostri Iesu Christi benedixit nos  
 omni benedictione spiritali in cœlestibus Christus,  
 id est, cœlestibus bonis nos ornauit, cum misit nobis  
 Filium suum Christum. Et Gal. 3. Vt Gentibus bene-



dictio Abrahæ detur, ut promissum Spiritum acci-  
piamus per fidem. Item, Per promissionem donauit  
Deus Abrahæ uitam æternam. Ex his Apostolorum  
testimonijs discimus Benedictionem non de Mundi  
imperio, aut corporalibus bonis concionari, sed hæc  
summa & Ecclesiæ propria ac æterna beneficia  
complecti.

1. Liberationem à maledictione Legis, ut dicitur  
Galat. 3. Christus nos redemit à maledi-  
ctione Legis, factus pro nobis maledictus,  
ut in Gentes benedictio Abrahæ ueniret  
per Christum Iesum.
2. Liberationem ab ira Dei.
3. A peccato.
4. Ab æterna morte.
5. A Tyrannide Diaboli.
6. Reconciliationem cum Deo & Imputationem  
Iusticiæ.
7. Donationem Spiritus sancti & nouæ Iusticiæ.
8. Gubernationem in uocatione, & omnibus uitæ  
periculis.
9. Victoriâ aduersus Diabolum.
10. Vitam æternam.

### IIII.

#### De Applicatione beneficiorum Christi.

Applicationem promissionis huius, datæ Abra-  
ham,

T †

ham,



ham, & beneficiorum Christi, disertè docet Paulus Gal. 3. Qui ex fide sunt (id est, qui credunt) hi benedicentur cum fidei Abraham. Singuli igitur per nos in hanc promissionem includamus, & cerè tuamus nos à Deo recipi, & benedictione cumulari propter hoc Semen Abrahamæ promissum Dominum nostrum Iesum Christum, ut dicitur, ex fide gratis, ut firma sit promissio.

## V.

*Discrimen Legis & Euangelij.*

Discrimen Legis & Euangelij ex hac promissione extruit Paulus Galat. 3. Lex est doctrina maledicens, Hoc est, Pronuncians nos reos iræ Dei, & æternarum poenarum, quia polluti peccato nequam quam satisfacimus Legi, ut dicitur Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ præcepta sunt in Libro Legis. Sed Euangelion promissum & gratis donat propter Semen Abrahamæ celestem benedictionem, Hoc est, liberationem à maledictione Legis, peccato, iræ Dei, donationem Spiritus sancti, iusticiæ & uitæ æternæ. Repetatur autem hoc loco integra doctrina de discrimine Legis & Euangelij.

## VI.

*Quod sola Fide iustificemur coram Deo.*



Propositio correlatiuè intelligenda est. Sola fide iustificamur, id est, propter solum Filium Dei Mediatorem recipimur à Deo, & reputamur iusti, & accepti sumus ad uitam æternam. Nec excludunt hæ particula Gratis, sine Lege, sine operibus, sola Fide, contritionem, aut sequentes uirtutes ne adsint, sed meritum à causa recõciliationis excludunt et transferunt causam in solum Christum.

Hæc doctrina, Quod Gratis propter solum Christum donetur remissio peccatorum ac iusticia, non partim propter Christum, partim propter Legem seu nostra opera, & quod sola Fide accipiatur, non fide & operibus coniunctim, eruditissimè & sapientissimè à Paulo ex hac promissione data Abraham extruitur, Cum inquit Galat. 3. Abraham datæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit in seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno & in semine tuo, qui est Christus. Iam si fide & cæteris uirtutibus iusti essemus, benedictio daretur propter Semina, id est, partim propter Christum, & partim propter nostras uirtutes. Sed datur credentibus propter unicum Semen Abraham, qui est Christus. Quare detestanda est aduersariorum *συνδρομή*, & fides formata, qua perpetuam Ecclesiæ de iustificatione doctrinam corrumpunt.

## V I.

## De peccato Originis.

T s

Cum



Cum necesse sit omnes homines consequi benedictionem propter unicum Semen Abrahamæ, seu libertorem Christum, sequitur OMNES homines oppressos esse maledictione, hoc est, ira Dei & pœnis propter peccatum.

## VIII.

*De Vocatione Gentium.*

Particula uniuersalis, OMNES GENTES testatur benedictionem Abrahamæ, seu beneficia Christi, non solum ad Iudæos, sed etiam ad reliquas gentes pertinere. Quarum Vocatio testatur,

1. Promissionem Euangelij & gratuitam salutem uniuersalem esse. Quia non solum Iudæi, apud quos uera agnitio Dei & honesta disciplina mansit, sed etiam omnes gentes, apud quas uera notitia extincta fuit, & mores turpissimè deformati sunt, ad societatem æternæ Ecclesiæ uocantur.
2. Monet Regnum Christi non fore politicum, & Ceremonias Sacerdotij Mosaici cessaturas esse. In omni enim loco & apud omnes gentes offeretur Domino Sacrificium Mundum.
3. Amplificat immensam amplitudinem misericordie diuinæ, quod ex tam polluta massa gentium homines ad æternæ uitæ societatem uocat.

## III. Locus.

## EXEMPLVM FIDELI



adquiescentis & promissione & obedientis vocationi diuine.

Præcipuarum uirtutum primæ Tabulæ exempla in hoc principio historiæ Abraham proponuntur. Ac ceteris omnibus præluet FIDES, quâ, ut inquit Epistola ad Ebræos, uocatus Abraham obediuit, ut exiret in locum, quem accepturus erat in hereditatem, & exiuit nesciens quò ueniret. Est autem FIDES, ut in eodem loco Epistola ad Ebræos definitur, Expectatio rerum sperandarum & certitudo non apparentium, seu est certus adensus, quo omne uerbum Dei nobis propositum, atq; adeo promissionem gratuite reconciliationis propter Christum promissæ amplectimur, & est fiducia, quæ acquiescit in Deo, petit et expectat auxilium à Deo, subit pericula & perfert adflictiones propter uocationem & confessionem, quam omnibus rebus humanis præponit. Sic Abraham deserta patria, parentibus, cognatis, nitens sola Dei promissione, obtinuerat uocationi, & se periculis, uocationem & confessionem comitantibus, exponit.

## IIII.

CONFESSIO ABRAHÆ  
fugientis Idolatriam, & discedentis  
ex ijs



*ex ijs locis, in quibus Idola defen-  
debantur.*

Omnes creaturae rationales obligatae sunt. Primum praeceptum, quod iubet unum uerum Deum in uerbo patefactum, uera fide colere, et omnia la fugere, ut dicitur, Dominum Deum tuum adores, et illi soli seruias. Necesse est autem et ceteris alijs testari nostram sententiam, et externa significatione confessionem ostendere, ut dicitur: Omnis confessio ad salutem et cetera. Qui negauerit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre, qui in caelis est. Quare qui ueram doctrinam agnouerunt, nequaquam sua dissimulatione uel seruatione rituum idolatricorum contraria doctrinae ac confessioni facere debent. Cum metu supplicij, in his locis, ubi defenduntur Idola, uere non possint, tutissimum est inde discedere. Ecclesiae alicui recte sentienti palam se in externa professione, inuocatione, et usu Sacramentorum adiungere. Sicut Abraham ex Vr Chaldaeorum recessit, et Ecclesiae Sem in Palestina se adiunxit sanctissimi operis, propagandae uerae doctrinae et opprimendorum Idolorum collega et socius esse.

V.

**TOLE' RANTIA** AB  
*hae in exilio.*



Omnia piorum exili a commonescunt nos de primo exilio generis humani ex Paradiso, et monent Filium Dei ideo pro nobis exulem factum esse, ut nos in celestem patriam reducat. Vult autem Deus pios in sustinendis ærumnis, exilijs, & alijs calamitatibus, quæ uel uocationem comitantur, uel pœnæ sunt, communem hominum imbecillitatem, sequentes, uero corde obedire, non ruere in desperationem, non putare se negligi & abijci à Deo, sed moderari dolorem, & firma fide à Deo petere & expectare auxilium & mitigationem. Huius uirtutis illustre exemplum est Abraham, qui in exilio, in periculis itinerum, in fame, denique in Ægypto, de sua uita & uxoris pudicitia periclitans, infracto animo ærumnas perfert, & firmissima fide nitens diuinæ promissione, defensionem & liberationem & omnia bona in promissione sibi ostensa, à DEO expectat.

## TEXTVS XII.

## Capitis.

Dixit Dominus ad Abraham.) Filius DEI, qui est in sinu Patris, enarrauit Abraham promissionem de Semine Christo, per quem gratia & ueritas facta est, Ioh. 1.

Locutus est autem cum Abraham indutus simuloacro nature humane, quæ postea assumpturus erat.

Bene-



Benedicam tibi.) Benedicere alijs significat  
bona precari, Vt Iacob benedixit filijs Ioseph, et  
gratias agere seu celebrare, ut Psal. 33. Benedicite  
ma mea Domino. Psalm. 33. Benedicam Domino  
omni tempore. 1. Paral. 29. Benedicite Domino  
nostro.

Cum Deus benedicit significat benefacere. Nam  
ut uulgo dicitur, Dei dicere est facere. Psalm. 107.  
Illic mandauit Dominus benedictionem, id est  
cordibus benefacit Deus. Ita hic benedicam tibi  
est, benefaciam tibi. Et tu eris benedictio, non  
foelix & beatus pro tua persona, sed etiam alijs  
benefacies uoce promissionis, ut Pharaoni, qui erat  
Ioseph, Cyro, Nabuchodonosor &c.

Benedicam benedicientibus tibi.) Id est  
benefacientibus Ecclesie, ut Constantino, Carolo  
agno, Vidue Sareptane, Aethiopi benefacienti  
mie &c. uicissim benefaciam.

Maledicam maledicentibus tibi.) Vt  
Pharaoni, qui adflixit Israëlitas, Iuliano, Ario  
malefaciam. Et omnia mundi regna ideo  
sunt, quod neglexerunt, uel adflixerunt Ecclesiam.

Septuaginta quinque annorum  
Abraham.)

A condito mundo usque ad uocationem Abrahe  
& traditam promissionem de Semine  
dicto, sunt anni



A Diluuio

367.

A uocatione Abrahæ, & data promissione usq;  
ad exitum ex Ægypto & Legem in monte Si-  
na promulgatam.

430.

Pertransiuit terram Canaan usq; in Sich-  
em.) Oppidum in monte Garizim situm, postea in  
tribum Ephraim incidit. Distat ab Haran Mesopo-  
tamiæ urbe, unde profectus est Abraham, milliaria  
103.

Bethel.) In finibus tribus Ephraim et Benjamin,  
Hoc nomen postea primum Gen. 28. accepit, cum Pa-  
triarcha Iacob Deum in cacumine Scelæ, & Ange-  
los in ea ascendentes & descendentes uidisset.

בית אל Id est, domus Dei.

Hai.) urbs uicina Bethel, celebrata in historia  
Iosue. cap. 7. 8.

אֵי Id est, aceruus.

Dic obsecro quod soror mea sis.) Mendaci-  
um officiosum, cum propter honestam causam & al-  
terius utilitatem aliquid occulatur quod dicere  
non est necesse, uel cum figuratè aliud dicitur quam  
uerba sonant.

De hoc Abrahæ facto Augustinus inquit, Nemo  
debet tentare Deum suum dum habet, quod ratio-  
nabili consilio faciat. Fecit Abraham quod potuit,  
quod non potuit Deo commisit, in quo spe-  
rauit. Nec eum fides aut spes  
fefellit.

CAPVT



CAPVT DEC  
MUM TERTIVM.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. De officijs Oeconomicis et rerum civilium, & An l. tenere Proprium.
- II. De studio tuende concordie virtutibus ad eam necessarijs, videlicet, Humilitate, Mansuetudine, Patientia.
- III. De fide acquiescente in verbo promissionis, etiam si euentus non statim conspiciuntur.

I.  
DE VSV RERVM  
Politicarum.

Ideo Deus condidit genus humanum ad societatem, & aternis uinculis generationis, educationis, officiorum, contractuum, gubernationis &c.



gavit, ut in cœtu alij alios de Deo docere possint, Ac societas Oeconomica seminarium est Reipublicæ ac Ecclesiæ Dei.

Quare ut Abraham, Loth, & reliqui Patres suas familias rexerunt, & rem familiarem, ut pecuariam, & agriculturam administrarunt: sic nos sciamus omnia officia œconomica & politica pijs concessa esse, & cum fiunt prælucente fide, & referuntur ad hunc finem, ut Deo honos præstetur, cultus Dei esse, omnibus operibus Monasticis uel alijs anteferendos.

Opponatur igitur consuetudo patrum politica & œconomica hominibus superstitiosis omnium ætatum, qui ciuilia & œconomica officia aspernantur. Circumfert Abraham ueram doctrinam Dei, idem gerit bellum pro defensione suorum, regit familiam imperio herili, pascit pecora, colit agros, ducit ac amat uxorem ac liberos, emit ac uendit, Et in his officijs Oeconomicis ac Politicis edit testimonia suæ confessionis de Deo.

Nam in omnibus his officijs primum obedientia nostra erga Deum declaranda est.

2. Lucere debet confessio nostra de Deo.
3. In periculis & ærumnis œconomicis lucere debet fides & inuocatio Dei.
4. Exercentur in his laboribus pietas, dilectio erga proximum, tolerantia, & multæ uirtutes propter



pter quas, labores æconomici fiunt cultus Dei  
est, opera quibus Deus iudicat se honore affici.

Quod autem inquit Textus, Abraham fuisse  
uitem ualde, in armento, auro & argento, testi-  
nium est à Deo approbati distinctionem domi-  
rum, proprietatem & diuitias. Vult enim Deus  
distinctas esse possessiones, & unumquemq; res suas  
nere, & recte collocare.

Primum ad conseruationem ministerij Euan-  
geli, ad hunc usum, ne uera Dei noticia inter nos  
tinguatur.

Secundo: Ad defensionem pacis.

Tertio: Ad nos & ad nostros sine luxu & im-  
perantia alendos.

Quarto: Ad iuuandos alios uerè egentes, quo-  
tum sine notabili detrimento fieri potest, ut 1. Tim.  
dicitur, Præcipe diuitibus, ut libenter imperitiis  
communicent. Et prouerb. 5. Fontes tui deriuant  
foras, & tu Dominus eorum maneto. Vult enim  
Deus nos honestis laboribus & artibus parare  
familiarem, uictum, & alia ad sustentationem  
nostræ, & nostrorum necessaria.

Ac primus Patribus uidemus usitatissimam  
randi uictus rationem fuisse pecuariam & agri-  
turam.

## II.

## STVDIVM TVENDI Concordiæ.



Ut Plato inquit, Omnes sapientes legum latores præcipue eo spectare, ut ciues sint beati, & inter se concordēs. Sic in Ecclesia hi duo nobis omnium studiorum & actionum fines esse debent.

1. Ut ornemus gloriam Dei, & doctrinæ puritatem retineamus.

2. ut Ecclesia consociationem retineamus & foveamus.

De hoc posteriore fine, uidelicet, De studio tuendæ concordie grauissimum extat Pauli præceptum ad Ephes. 4. Cum omni Humilitate, cum Mansuetudine, cum Patientia tolerate inuicem in Charitate, solliciti seruate unitatem Spiritus, in uinculo pacis.

Tres uirtutes nominat ad conseruandam concordiam necessarias.

Prima est Humilitas abiciens se infra alios, & frenans superbiam sine causa rixantem, agnoscens propriam infirmitatem, non plus sibi tribuens quàm pro uiribus, & non premens uel despiciens alios.

Altera est Mansuetudo moderans iracundiam, & uindictæ cupiditatem, etiam cum iustis pugnandi causas habemus.

Tertia est Patientia & ἐπιείκεια tolerans, multorum infirmitates, & cedens de suo iure, & ueras etiam iniurias publicæ tranquillitati condonans.

Pugnat cum φιλονεικία & uirtutibus ad eam  
V 2                      necessa-



necessarijs *Ἐλονακία*, quæ uel pugnacitate uel  
strositate naturæ, uel morositate, uel superbia,  
ambitione, uel odio, uel emulatione, uel quacumque  
alia de causa pugnat, de leuibus aut non necessarijs  
rebus, & facile irritat alios, ac nusquam cedit  
ritanti, sine fine contentiones inflamat.

Illustre autem exemplum *Ἐλσυχίας* &  
tutum ad eam necessariarum hoc loco in patri-  
cha Abraham proponitur, dum inquit ad Loth.  
quæso sit iurgium inter me & te, Fratres eris  
sumus. Si ad sinistram ieris, ego ad dextram  
Si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pe-  
gam. Etsi enim Abraham, dignitate, officio, auctori-  
tate, ætate nepoti Loth longè antecellit, Tamen se  
fra Loth abijcit, & de suo iure cedit ac condonatur  
aliquid, studio retinendæ concordie ac pacis.

### III.

#### FIDES ACQUIESCENS in nudo verbo promissionis.

Singularis Ecclesiæ sapientia est, fidem nisi  
uerbo diuinæ promissionis, etiamsi externa spe  
cum uerbo pugnat, ut Abrahæ promittitur pos-  
sessio terræ Canaan, & infinita posteritas, cum tamen  
nec uestigium pedis in ea teneat, nec ullos liberos  
habeat, uel sperare possit. Ideo inquit Paulus, Abrahæ



ham credidisse contra spem in spem, hoc est, etiam si res subiecta oculis, aut ratio, nullam ostenderit spei causam, tamen expectasse rem sperandam in promissione ostensam. Ostendit enim fidem esse adensionem & fiduciam, quæ certò accipit aut expectat promissa in uerbo, etiam si nec conspiciuntur, nec humane rationis iudicio expectari possunt.

## TEXTVS CA-

### PITIS XIII.

In possessione.) *Ibraeus* habet, In Armento seu pecore.

Nomina propria, Abraham, Loth, Bethel, Hai, Sodoma, Gomorra, Cananeus &c. prius exposita sunt cap. 10. 11. 12.

Phere Zeus.) *יִרְמְיָהוּ* habitantes in Villis, non circumdatis muro. Habitarunt autem Pherezei prope Sichem, ut ex Genes. 34. apparet.

Sicut Paradisus Domini.) Paradisus Græca uox est, quam ex Oeconomico Xenophontis Cicero uertit, Agrum conseptum, & diligente consitum.

Irigabatur sicut Aegzptus.) Nilus cum Sol est in *♂. ♀. ♀.* in undat agros Ægypti, & centesimo die intra alueum reuocatur. Sic Iordanis uicinos agros irrigauit. Eccles. 24. Iosue 3.

Segor.) Vna ex quinque urbibus. *יִרְמְיָהוּ* parua.

Iordanis.) Flumen scaturit in Libano, ex duobus

V        bus



bus fontibus, quorum alteri nomen est Dan, al-  
lar. דן doctrina iudicij.

Homines Sodomitæ erant peccatores co-  
ram Domino.) Ezech. 16. Ecce hæc fuit impietas  
Sodomæ. Superbia, quæ contemptum Dei  
uerbi Dei, & fiduciam propriæ sapientiæ com-  
titur, saturitas panis & abundantia & oculi  
ipsius & filiarum eius. Et manum egeni & pauperi  
non porrigebant &c.

Mambre.) Nomen uiri Amorraei.

ממרה rebellis.

Hebron) Vrbs celebris in tribu Iuda, quæ  
hospitium et sepulture locum tribuit Abrahe,  
& Iacob. חברון Societas.

Abeſt quinq; miliaribus à Ierofolyma.

## CAPVT DECIMVM MVMQVARTVM.

### LOCI PRÆCIPVI.

- I. *Historia belli utring inter  
ges gesti, in genere monet  
bellorum causis, incertis even-  
tibus, & horrendis calamita-*



tibus, quibus per bella Deus  
scelera hominum punit.

II. Quod pijs concessum sit legiti-  
mum bellum gerere, & alia  
officia politica obire.

III. Exemplum Heroicæ fortitudi-  
nis in Abraham.

III. DE SACERDOTIO  
Melchisedek.

I.

DE BELLORVM CAU-  
sis, incertis Euentibus, & cala-  
mitatibus.

Etsi quædam sunt iusta, legitima, ac foelicia bel-  
la, quæ uel defensionis, uel rerum recuperandarum  
causa suscipiuntur, uel pœnæ sunt, quas exercet le-  
gitimus magistratus: Tamen pleraq; bella in tota  
mundi historia, cum à Diaboli & hominum furori-  
bus, ut cupiditate antecellentia, inuidia, ardore uin-  
dictæ, oriantur, tantum sunt fœda latrocinia & pœ-  
næ, quas Deus in genere humano grassari permittit,  
ut horrendam iram suam aduersus peccata decla-  
ret. Ita huius quoq; belli principales causæ sunt,

V 4 peccata



peccata utriusque partis Regum & Subditorum, Deus iusto iudicio punit, per ingentes calamitates quas omne bellum etiam felicissimum affert. *Ἀποκρίνεται* uero seu occasio belli est defectio, & reliqua quinque Regum, quos castigatos ad obedientiam uocare & florentissimam illam terrae partem subijcere Chaldaei conantur. Ut autem Chaldaei flores denuo ab Abraham uicti caduntur & fugantur. Sic omnium bellorum incerti euentus sumitur. Mars communis, qui saepe spoliante iam & tantem euertit, ut dicitur. *Ξαυὸς Ἰουδαίων* & *Ἐρκατωέων* κατέκτα. Item Thucydides inquit *ἡκιστα ὅτε πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ*. Hoc est. Nusquam minus quam in bello euentus consiliis respondet. Item, *πόλεμος οὐχὶ ὑπάρχει ἀλλὰ κατόπι χωρίσας*.

## II.

QVOD PIIS CONCESSUM sit Legitimum bellum gerere & confederatum esse.

Ideo Deus in seuit naturae *σοφία*, ut incitemur sui & suorum conseruationem. Quare omnis legitima defensio nostri & nostrorum, iure naturae, est, diuino concessa est. Recte igitur & pie



Abraham, quod defensionem suorum suscipit. Et hoc exemplum omnes pij pro sua facultate & uocatione imitari debent. Vt enim ceterae ordinationes politicae Christianae concessae sunt, Rom. 13. Sic militiam quoque legitimam ipsi gerere licet, quae quidem ad hunc summum finem referenda est, ut in pace uera doctrina conseruari & propagari possit.

Estque Miles ut in libello Dialectico usitate definitur persona Dei uoluntate ad hoc opus ordinata, ut in defensione iusta ac poena legitima, armis & quocunque labore militari iuxta uocationem pugnet pro Ecclesia Dei, & pro honesta Republica. Multa autem piorum militum exempla passim in historia Sacra proponuntur. Et Eusebius scribit lib. 5. cap. 5. precibus Christianorum militum impetratam esse exercitui Antonini pluuiam, & copias hostiles Germanorum ac Sarmatorum fulminibus profligatas esse. Ita antecellit Miles Christianus prophano, quod non solum manu in acie iuxta uocationem dimicat, Sed etiam inuocatione & diuini auxilij expectatione sese armat, & ad hunc finem labores militares refert, ut Ecclesia Dei protegatur, ac doctrina caelestis ac honesta disciplina conseruetur.

Quod autem dicitur Abraham foedus pepigisse cum Mambre Eschol, & Aner, non pugnat cum

V 5 mul-



multis concionibus Prophetis, quæ fœdera pro  
improbare uidentur, ut Esa. s. Non dicatis fœder  
Non enim coniunctionem hominum defendenda  
quillitatis publicæ causa factam, quæ et concessa  
iusta est, Prophetæ reprehendunt: Sed fiduciam  
manorum præsidiorum taxant, ut dicitur Psal.  
Nolite confidere in principibus, in filiis hominum  
in quibus non est salus. Item Ierem. 17. Maledictus  
qui confidit in homine.

Consideretur etiam Stratagema Abrahæ, qui  
diuiso exercitu, et quidem noctu hostes inuadit,  
existimarent multo maiores copias suo exitio im  
nere. Talibus consiliorum occultationibus et signis  
contra hostes uti concessum est, ut Thucydides lib.  
inquit, καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καὶ Ἰσχυροῦς  
ἐξ αὐτῶν.

## III.

## HEROICA FORTITUDO Abrahæ.

Vir Heroicus est, qui à DEO  
dentibus motibus, ad excellentem uirtutem  
excitatur, & in rebus gerendis  
adiuuatur, quique immensa quadam  
cupiditate iuuandi alios flagrans, re  
suscitatur.



suscipit asperrimas, non ut suæ utilitati, sed ut aliorum salutis consulat. Talis uiri exemplum nobis in hac historia Abraham præbet. Primum enim ardenti impetu ad suscipienda pericula pro liberatione familie Loth, quæ paulo ante ab illo discesserat, incitatur, & quidem exigua manu ingentes hostium copias forti animo aggredditur. Demde parua uictoria & ingenti præda abacta, nihil inde ad suam utilitatem prorsus conuertit, Sed pulchritudine uirtutis & suorum salute contentus est. Talis apud Homerum Iliad. 9. Achilles describitur.

Αἶψ' ἐμὴν ψυχὴν πρὸ βαλδύμῳος πελεμίζω  
 ὅσ' ὄρνις ἀπ' ἥσιν νεόσοισι προφέρησι.  
 καὶ αὖ ἐπεὶ κε λάβῃσι κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλα  
 αὐτῇ

ὅς κ' ἐγὼ πόλλας μὲν αὐπνῆς νύκτας ἰάουρ  
 ἤματα δ' αἱματοέντα δ' ἐπρησορ πελεμίζω.

Hoc est,

Sicut auis, quæ pro pullis implumibus ipsa,  
 Euolat & pastum miseris parat, haud secus ipse  
 Pro Danaïs mala multa ferens, quot sæpe peregi  
 Peruigiles noctes, quot luces Marte cruentas  
 Assiduo, dum bella gero, dum prælior ipsis  
 Proq; Viris & Coniugibus, Danaumq; salute.

Et apud Liuium Decad. 4. lib. 3. cum in Nemeis  
 4T: Quintio αὐτονομία uniuersæ Græciæ promissa esset,



sa esset, hac Oratione Romanos celebrant, Ebraei  
nam eam in terris gentem, quæ sua impensa, suo  
bore ac periculo, bella gerat pro libertate aliorum  
detq; operam, ne quod toto orbe terrarum imperium  
sit, & ubiq; ius, fas, lex, potentissimum sit.  
Ec.

## IIII.

DE SACERDOTIO  
Melchisedek.

SACERDOS est persona  
Deo ordinata, ut doceat Evangelicam  
& oret pro alijs, habens promissio-  
nem quod exaudiatur à Deo, & offer-  
rat Sacrificia quæ DEVS instituit.  
Hæc definitio tria Sacerdotis officia complectitur  
quæ in hoc uulgari disticho comprehensa sunt.  
ἰδρὺς πλὴν διδασκῶν εὐαγγελίῳ φιλάσκει  
ἰλάσκει θυσιῇ τὰ ἁγία ἀπαῖσι θεοῦ.

Primum est docere uerbum Dei, diuinitus tra-  
ditum, & quidem Euangelion de gratuita remissione  
peccatorum & ceteris beneficijs propter Chris-  
tum promissis, ut Malach. 2. dicitur, Labia  
Sacerdotis custodiunt scientiam, & populus requirit  
Legem ex ore eius, Quia Angelus Domini est.  
primi Patres, Adam, Abel, Enoch, Noë, Melchisedek.



dek (quem Ieronimus ad Euagrium de sententia Ebraeorum scribit fuisse Sem, filium Nohe) & postea Abraham, Isaac, Iacob, fuerunt Sacerdotes, quia promissiones de filio Dei acceptas conseruabant, & de uenturo Christo, de fide & ueris cultibus concionabantur.

Secundum officium est orare pro se & alijs, ut in toto Leuitico apparet. Item, Petite, semper orate.

Tertium est offerre sacrificium. Ad Ebraeos 5. Omnis Pontifex constituitur, ut offerat Sacrificia. 1. Pet. 2. Vos estis Sacerdotium Sanctum, ad offerendas hostias spirituales.

Cum autem Filius Dei sit summus Sacerdos, ceteri uero omnes tantum sint Sacerdotes participatione, addendæ sunt ad superiorem descriptionem proprietates discernentes summum Sacerdotem à ceteris. Hæc in Psalm. 110. significantur. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. Et postea splendidissimè illustrantur in Epistola ad Ebraeos, cap. 5. 7. 8. 9. 10. & c. Sit igitur in conspectu hæc Definitio à Philippo composita.

Summus Sacerdos, est persona immediata à Deo ordinata, & uncta plenitudine Spiritus sancti, ut Euangelion



lion proferat ex arcano sinu æterni Patris, & intercedat pro tota Ecclesia, cum habeat promissionem, certo exaudiatur, & offerat Sacrificium, uidelicet seipsum, quo sacrificio meretur toti Ecclesie remissionem peccatorum, iustitiam & uitam æternam.

Teneantur autem de singulis partibus definitionis illustria testimonia.

I. Primum de immediata uocatione inquit Epistola ad Ebræos. Nemo sibi ipsi sumat honorem, sed uocatus à Deo, ita & Christus non seipsum glorificauit, ut fieret pontifex, Sed qui dixit ad eum, cuius lius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & addit, Tu es Sacerdos &c.

II. De Spiritu sancto dicitur Ioh. 3. Non ad mortem dat ei Deus Spiritum sanctum. Et Psalm. 133. Vnxit te DEVS, Deus tuus Oleo letitiæ propinquos tuos. Vnde dicitur.

O Vncte æterni leto spiramine Patris,  
Gnate DEI socios ungito Christe tuos.

III. De Officio docendi Euangelij dicitur Ioh. 14. Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.

IIII. De Intercessionem dicitur Rom. 8. Christus intercedit pro nobis. Ebræ. 7. Semper uiuens pro nobis. Ebr. 5. In diebus carnis sue pro nobis.



cationes & supplicationes Deo obtulit, & exauditus est propter obedientiam. Iohan. 17. Christus ipse & intercessionem, & sui sacrificij adplicationem expresse facit, inquit. Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi uere sancti. Oro autem non pro istis tantum, sed etiam pro credituris, per uerbum eorum in me.

V. De Sacrificio Christi plurima sunt in Epistola ad Hebræos dicta. Christus semel semetipsum obtulit, una oblatione consumans in perpetuum Sanctos. Esai. 53. Ponet animam suam hostiam pro peccato. Iob. 1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Zach. 9. In sanguine testamenti educes uinctos de lacu. Veniq; omnia patrum sacrificia, unicum hoc Christi sacrificium significarunt. Nec est alia ulla hostia pro peccatis nostris, nisi hæc unica, uidelicet mors Christi. Nec alio modo consequimur remissionem peccatorum, & uitam æternam, nisi cum fide statuimus hæc una hostia, uidelicet morte Christi Deum nobis placatum esse.

VI. De Beneficijs Sacerdotij Christi eadem dicta concionantur. Et ut hic dicitur, Melchisedek benedixisse Abraham. Sic Christus Sacerdos cœlestem benedictionem, hoc est, remissionem peccatorum, iusticiam & uitam æternam Ecclesie donat.

Haftenus descriptionem Summi Sacerdotis Christi recitauimus. Nunc discrimina inter Sacerdotum



dotium Christi, cuius Typum gerit Melchisedek, Sacerdotium Leuiticum consideranda sunt.

PRIMUM autem & principale discrimen est, quod Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedek, qui expresse BENEDICIT Abrahæ: Nam Leuiticum Sacerdotium non affert benedictionem, sed propriè est mandatum docendæ legis, quæ arguit peccata, & proponit maledictionem, & nequaquam offert gratis remissionem peccatorum. Deinde requirit externas ceremonias ad paedagogiam institutas, ut significant aliquid de peccato, morte, & de uentura hostia. Sed Sacerdotium secundum ordinem Melchisedek affert BENEDICTIONEM Abrahæ promissam, hoc est, gratiam remissionem peccatorum propter Christi abolitionem peccati & mortis, donationem Spiritus sancti, quo renouati nouam & æternam lucem uitam consequamur.

SECUNDVM discrimen est. Quod Christus est æternus Sacerdos, qui cum sit æternus Dei filius uitam quoque æternam abolito peccato & morte Ecclesiæ donat, & in hac uita assiduus est Mediatrix & impellator pro nobis. Etsi enim Sacrificium semel factum est, ut inquit Epistola ad Hebræos, semetipsum obtulit &c. Ita, Vna oblatione consummavit sanctificandos. Tamen Sacerdotium est æ-



num docendo, intercedendo & applicando sacrificium: Quia semper sedet ad dextram aeterni Patris, & seruat ministerium in Ecclesia contra Diabolum, & exuscitat & seruat Doctores, Et intercessio assidua est, & applicatio sacrificij, & efficacia, ut Rom. s. dicitur, Est ad dextram Dei, & intercedit pro nobis. Ebrae. 7. Vnde & omni tempore seruare potest accedentes per eum ad Deum, & semper uiuit ut intercedat pro nobis.

Leuiticum uero Sacerdotium non est aeternum. Nam nec pontifices perpetuo uiuunt, & hostiae Leuiticae non abolent peccatum & mortem, nec afferunt uitam aeternam, & ipsae ceremoniae Sacerdotij Leuitici exhibito Christo cessaturae erant.

Meminerimus autem cum de aeterno Christi Sacerdotio dicitur, simul haec quatuor significari.

Primum regnum Christum non fore mundanam dominationem, sed fore aeternam iusticiam & uitam, quae tamen in hac uita per Euangelion inchoanda est.

2. Cultus Dei non esse res perituras, ut cibum, potum, aut mactationem pecudum, sed iusticiam, pacem & gaudium in Spiritu sancto.

3. Ecclesiam quoque aeternam fore. Nam correlatiua mutuo se ponunt.

4. Ministerium Euangelij etiam in hac uita semper duraturum esse, etiamsi undique a Diabolo a fa-

X naticis



naticis spiritibus, à Tyrannicis pontificibus & oppugnetur.

TERTIVM discriminem ipsa appellatio significatur. Nam Melchisedek regem iusticie significat, hoc est, Regem iustum & alijs iusticiam predicantem. Sic Christus est Rex iustus, & predicator iusticiam, qua coram Deo iusti sumus, & est conditor nouæ & æternæ iusticiæ ac pacis.

Leuiticus autem Sacerdos tantum proponitur, qui accusat peccatum, & incutit animis horrendos pauores, & pronunciat nos iniustos esse, & meritos æternam damnationem.

QVARTVM. Cum Melchisedek fuerit Sacerdos antequam ceremoniæ Leuiticæ essent institutæ, sequitur Christi Sacerdotium secundum ordinem Melchisedek non consistere in externis ceremonijs Leuiticis, quæ abolendæ erant.

QVINTVM. Abraham, & in lumbis Abrahæ Leui, dat decimas Melchisedecho, Ergo Sacerdos secundum ordinem Melchisedek, multo superior est Leuitico Sacerdotio. Ebr. 7.

Hactenus de discrimine Sacerdotij Christi & Leuitici dictum est, Nunc pauca de Sacerdotio pugnatorum Christianorum adijciam.

Summus Sacerdos CHRISTVS est. Hic quoque honorem Sacerdotij impertit, cum ipsum pontificem agnoscimus talem, ut supra descripsi. Primum tribuit nobis Euangelion, & mandata



confitendi ac docendi pro uocatione. Secundo dat etiam ius inuocandi, sed ita ut ipso Mediatore utamur, ac addit promissionem, ut certi simus nos exaudiri. Sic enim inquit, Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. Tertio, Tribuit etiam ius sacrificandi, id est, recipit obedientiam nostram in afflictionibus, in confessione & alijs bonis operibus, & affirmat sibi eam placere, ac se honore affici. Sic Petrus, Vos estis Sacerdotium sanctum ad offerendas hostias spirituales, acceptas Deo per Christum. Discrimen tamen est inter sacerdotium & ministerium externum docendi & administrandi Sacramenta, quod tantum ad illos pertinet, qui sunt rite uocati.

**SACRIFICIUM** in genere est opus à Deo mandatum, quod nos DEO tribuimus tanquam honorem ipsi debitum, testificantes hunc uerè esse Deum, cui hanc obedientiam præstamus.

Sunt autem alia Sacrificia Typica, quæ erant signa uenturi Christi. Alia non umbræ, sed res. Et hæc sunt duplicia.

Vnum est **PROPICIATORIUM**, quod meretur alijs remissionem peccatorum, iusticiam & uitam æternam

X 2 æternam



æternam, uidelicet, Vniuersa obedientia Filij DEI in tota uita, in omnibus actionibus, doloribus, & mortibus. Nec ullum aliud fuit, est, aut erit sacrificium preciatorium præter hoc unum, uidelicet, Obedientiam filij Dei iuxta illud. Vna oblatione consummabitur sanctos. Huius sacrificij applicatio fit propria cum fide per Ministerium Euangelij & Sacramentorum ut Rom. 3. dicitur. Quem proposuit Deus propositorem per fidem in sanguine eius.

Alia sunt sacrificia εὐχαριστικά, id est opera à Deo mandata, quæ fiunt nobis prælucente fide, ut DEUS honore afficiatur, hoc est, Ut testemur hunc uerè esse Deum, quem sic colimus, nec sunt precia pro peccatis, nec merentur facienti, uel alijs, remissionem peccatorum, Sed sunt testimonies, Quis sit Deus, & testimonies obedientiæ, id est, gratiarum actiones. Talia sunt omnia opera in Sanctis, de quibus 1. Pet. 2. dicitur. Vos estis Sacerdotium sanctum, ut offeratis Deo hostias spirituales acceptas DEO per IESUM CHRISTUM. Talia enim sacrificia Melchisedek Deo obtulit. Et hoc modo Ceruus immolari potest dici sacrificium seu oblatio. Conuenit



enim in ea hæc opera omnia, uidelicet, Concio de beneficijs Christi, seu annunciatio mortis Domini. Recitatio uerborum institutionis, distributio ac sumptio corporis & sanguinis Christi. Inuocatio petens remissionem peccatorum propter mortem filij Dei, Fides applicans, & Gratiarum actio. Etsi autem Sacerdos horum operum omnium est ἑξάρχος, Tamen nulla est ipsius propria oblatio, à populi oblatione distincta. Sed unica oblatio semel à Christo facta est, quæ singulis propria sumptione & fide applicatur.

Fuit autem hominibus honestis usitatum in illa prima antiquitate antequam assiderent mensæ, partem cibi, ut carnum, panis & uini Deo offerre. Quo ritu ostendebant se uitam & uictum Deo acceptum referre, Ideoque ipsi gratias agere. Hæc consuetudo etiam apud Gentes mansit, ut Athenæus laudat Homerum, quod Principes Græcos describat nunquam assidere mensæ uel discedere sine libatione & precatione, & ἄνοσ μὲν τίνα γυναικῶν inquit à Simonide uituperari ὅτι ἄδυτα ἰορὰ κατέδιδε, quod carnes deuoret, ante factum sacrificium.

Consentaneum igitur est etiam Melchisedekum proponentem fesso exercitui cibum & potum, quo reficeretur summisse partem panis & uini, & oblatione facta egisse DEO gratias, quod &

X 3 uicto.



uictoriam Abrahæ concessisset, & cibum  
 reliqua beneficia ipsis impertiret. Inde tamen  
 sequitur in hoc ritu meritum esse, aut applica-  
 tionem pro alijs ex opere operato fieri. Ac dignum  
 consideratione, Quod in textu non sit uerbum, of-  
 ferendi, Sed *ἔλθε γὰρ*, id est, protulit seu proposuit.  
 Panem & Vinum, uidelicet, comitibus Abrahæ  
 fatigatis. Ideoq; historia Melchisedek magis ad dis-  
 tributionem & sumptionem quam ad oblationem  
 panis & uini in Cœna accommodari potest.

Longior est autem disputatio de Cœna Domini,  
 quam ut hic explicari possit. Tantum igitur ha-  
 duas commonefactiones recito.

Primum. Vt fons disputationis diligenter in-  
 ciatur, uidelicet, Institutio Cœnæ Domini, quam  
 sola manducatione & applicatione beneficiorum  
 Christi, facienda sumptione propria, & fide, locum  
 manifestum est. Cumq; ualeat Cœna Domini  
 quam Sacramentum, hoc est, ceremonia in qua  
 DEVS testatur se nobis sua beneficia offerre, ma-  
 nifestum est eam soli utenti prodesse, & non  
 alijs applicari posse, sicut Baptismus non potest  
 alijs applicari.

Secundo. Cum ceremonia in alium usum trans-  
 fertur, pugnantem cum institutione, non habet re-  
 tentionem Sacramenti. Quare cum oblatio pro uiuis  
 & mortuis, Item circumgestatio panis & similis



ritus, prorsus pugnent cum institutione manifestum  
est eos impios & idolatricos esse.

## NOMINA PROPRIA

### XIII. CAPITIS.

Amraphel Rex Sennaar ) Hic Rex Babyloniorum  
fuit filius Nini, à quo iustinus historiam incoat,  
Et nominatur à Berofo Zameis Ninias.

### Reges Babyloniorum.

1. Nimrod, primus Rex Babyloniorum, cœpit anno  
11. post Diluuium, regnavit 56 annos.
2. Belus, filius Nimrod, 62 annis.
3. Ninus, filius Beli, cœpit Regnare anno mudi 1906  
post diluuium 250. regnavit 52.
4. Semiramis, uxor Nini, cuius etiam Ouidius in  
suo Chronico meminit, 42 annos præsuit.
5. Zameis Ninias, qui hic uocatur Amraphel cœ-  
pit anno Mundi 2000.  
Post Diluuium 344.

Huius anno tricesimo scribunt bellum, cuius hi-  
storia in hoc Capite recensetur, gestum esse. Cum  
iam Abraham excessisset annum uite 80.

Amraphel ) אמרפל dictus ut rueret, à נפל.

Arioch ) אריך longus, procerus, ab ארך.

Rex Ponti ) אלסר Ellasar, id est, rebellis Deo, à

X 4 סר.



סור. Apparet autem non Ponthum  
thyniam, sed regionem uicinam Babylonia  
ficari.

Chodorlahomor) כדורלעמור Cedarlahomor, id est  
pila uel globus manipuli, et Job. 15. כדור  
patur pro globo militum.

Elamitarum) Id est, Persarum, ab Elam filio  
עילם adolescens.

Thadal) חדעל Thideal, cognosces altissimam  
על שורע.

### Quinq; Reges.

Basa Regem Sodomorum) Ebraice ברע Basa  
socius uel pastor, à רעה uel malus, maleficus  
רוע.

Bersa Regem Gomorrae) ברשע Birsa, id est  
pius, sceleratus, à רשע.

Sennaar Regem Adamae) שונאב Sineab, odiosus  
pater, à שונא uel dentatus pater.

Semeber Regem Seboim) שמאבר nomen magi  
ficum.

Bale) בלע Bela, id est, absorptio, perditio.  
Nomina quinq; Urbium supra Capite 10. exp  
sita sunt.

In Vallem Syluestrem) In Ebraeo est, In Valle  
שרים Siddim, id est, agrorum, hoc est, ferti  
lissimam et amoenissimam. שרה ager.



Percusserunt Raphaim in Astaroth Carnaim) Pri-  
mum socios & confœderatos quinq; Regum de-  
bellant, ut destitutos Sociorum præsidij facilius  
opprimant.

Raphaim) רפאים Gygantes, Medici, Saluatores.

In Astaroth Carnaim) עשתרת קרנים hoc est,  
greges cornuti. Astaroth nomen Urbis est in re-  
gione Galaad.

Zuzim cum eis) זוזים postes columnæ, Atlantes  
suis humeris sustinentes orbem terrarum, ne  
intereat. Sunt Epitheta nostrorum Nobilium,  
der Scharhansen.

Emim) עימים terribiles, formidabiles.

In Saba Cariathaim) Id est, planicie duarum ciui-  
tatum in terra Basan trans Iordanem.

Chorreos) חורי princeps, nobilis, candidus.

In montibus Seir) In Arabia Petrea.

PHaran) cuius mentio fit Num. 13. 14. Loca aspiciantur  
in Tabulis.

פארן gloriosus.

Fontem Messphat) Vbi postea Moses aquam de Pe-  
tra produxit, Num. 20. משפט iudicium.

Cades) קדש id est, Sanctus. Situs Loci in Tabula  
consideretur.

Regionem Amalechitarum) pars Idumæa, sic dicta  
ab Amalech nepote Esau. Gen. 36.

עמלק X 5



אֶמְלֵק populus lambens.

Asafonthamar) existimatur esse regio Engaddi-  
cina Sodomis.

חֲצִצְנָה HaZaZanthamar, id est, bra-  
cium uel sinus palmae, arboris, אֲחִצְנָה.

Cecideruntq; ibi, scilicet, in puteos bituminis.

Fratris Eschol) אֶשְׁכּוֹL brotus.

Aner) עֵנֶר cura lucerne, ab עֵנָה.

Persecutus est eos usq; Dan) Vrbs ad fontem leu-  
nis, sita in radicibus Libani.

דָּן iudicium.

Vsq; Hoba, quae est ad leuam Damasci) חֹבָה id est,  
debitor.

דָּמֶשֶׁק Damefek, id est, sanguinis saccus.

Melchisedech) מֶלְכִּי־צֶדֶק Rex Iusticiae. Nomen  
adpellatiuum, Epitheton Sem filij Noe, qui ha-  
bitauit in urbe Salem, quae postea dicta est Ieru-  
salem, et absuit ab Hebron, ubi Abrahae domi-  
lium fuit, quinq; milliaribus. Saepe igitur con-  
nere illa prima Ecclesiae Lumina, et de maxi-  
mabus colloqui, et auditores erudire ac com-  
mune potuerunt.

Salem) שָׁלֵם pax. Rex pacis. Ebrae. 7.

Benedixit ei.) proprium officium CHRISTI  
Sacerdotis.



Benedictus Abram Deo excelsio.) Abram benedictus est à DEO. Deus fauet & iuuat Abraham.

Benedictus Deus excelsus.) Ago Deo Gratias, quod tibi uictoriam dedit.

Leuo manum meam ad Dominum.) Id est, Iuro, Testem inuoco Deum.

Corrigeam Caligæ.) Caliga propriè significat ocream, quæ tibiæ teguntur. Vnde Caligula Imperator ioco militari nomen accepit.

## CAPVT DECIMUMQUINTVM.

Vnus est in hoc Capite & tota Ecclesiæ doctrina, præcipuus locus, de Iusticia fidei, quæ splendide & copiose Rom. 4. Paulus enarrat. Ideoque ab hoc primo dicto, quod extat in Mose de modo iustificationis, suam disputationem orditur, ut ostendat doctrinam de iusticia fidei, quæ tunc uoce Euangelij renouabatur, non recens inuentum esse, sed perpetuum ueræ Ecclesiæ Dei consensum esse.

Cum autem hic præcipuus doctrinæ Christianæ Articulus sit, ex quo omnium nostrum æterna salus pendet, breuiter summam ueræ sententiæ de iusticia fidei, usitatis questionibus Methodi inclusam recitabo.

Vocabus



Vocabulum iusticiæ in Euangelio non significatur more philosophico & legali, obedientiam nostram erga omnes leges, uel uirtutes, & qualitates nobis, sed acceptionem remissionis peccatorum, & reconciliationis cum Deo, & Imputationis iusticiæ gratuitam propter Christum.

**IUSTIFICATIO** hominis coram Deo est acceptio remissionis peccatorum, & Imputationis Iusticiæ gratuita, non propter ullas uirtutes nostras, sed propter solum Christum, & sola fide apprehensum, cum qua connecta est donatio Spiritus sancti, & inchoatio nouarum uirtutum, quæ in persequenda iusta, hoc est, fide reconciliata Deo, placent propter Christum.

**SPECIES** nullæ sunt. Vna est enim & ratio Iustificationis omnium heredum uitæ æternæ, uidelicet Imputatio Iusticiæ gratuita, quæ fit propter Christum, ut Act. 4. dicitur, Non est in quo alio salus. Neq; est aliud nomen sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri.

Act. 15. Credimus nos per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluari, sicut & Patres nostri facti sunt.



Act. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent.

Et Paulus Rom. 4. Ideo etiam hoc dictum de Iustificacione Abrahamæ citat, ut doceat omnes patres fide, id est, fiducia misericordiæ propter Meßiam promissæ saluatos esse.

CAVSA EFFICIENS principalis est, Deus immensa misericordia remittens seu non imputans nobis peccatum, & recipiens nos ad hereditatem uitæ æternæ. Rom. 8. Deus est qui iustificat. Ioh. 3. Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnes, qui credunt in eum, non pereant, sed habeant uitam æternam.

CAVSA IMPVLSIVA, quæ mouet uoluntatem Dei, ut nos immundos recipiat, est sola intercessio & meritum filij Dei, Domini nostri IESV CHRISTI, Rom. 3. Iustificamur Gratis, ipsius gratia, per redemptionem quæ in Christo Iesu est. Roman. 5. Iustificati per Dominum nostrum Iesum Christum. Ephes. 1. Dilexit nos in Dilecto, elegit nos in Christo.

CAVSA INSTRUMENTALIS est sola FIDES, quæ uniuerso uerbo DEI nobis proposito, & quidem promissioni gratuita reconciliationis, seu imputationis Iusticiæ propter Christum donandæ assentitur, & est fiducia in Christo, iuxta promissionem acquiescens. Rom. 3. Iustificamur per fidem. Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus. Roman. 4.



man. 4. Ideo ex fide Gratis, ut sit firma promissio.  
Ita hic dicitur: CREDIDIT Abraham, scilicet  
se habere Deum propicium, propter uenturam  
men, se habiturum posteritatem, se recipi, de  
iuuari & saluari à Deo, iuxta promissionem prae  
dentem: Ne timeas Abraham, Ego protector tuus  
merces tua magna ualde.

PRIMUM autem in hac causa considerandum  
Hanc propositionem, Fide iustificamur, contra  
intelligendam esse, De Obiecto seu Termine  
uidelicet, Quod propter solum Filium Dei  
num nostrum IESVM CHRISTVM, accipimus  
remissionem peccatorum, & iusti reputamur  
non propter nostram noticiam uel fiduciam  
hac forma uerborum, Fide iustificamur, id est  
scripturam, ut utrumque doceat, & quae sunt be  
cia Christi, uidelicet, Quod per & propter  
CHRISTVM donetur nobis iusticia, ac  
aeterna, Et quomodo nobis applicari, & ad  
transferri debeant, uidelicet, Sola Fide amplecti  
promissionem.

SECUNDO. Hec regula firmissime tenetur.  
Quamquam externa obiecta, circa quae  
tur Fides, dissimilia sunt, sicut tempora, ne  
personae differunt, Tamen semper unum primum  
principale obiectum fidei est Deus propicius



promissionem propter Mediatorem, seu promissio reconciliationis. Non enim possunt peti & expectari à Deo bona corporalia, nisi praeluceat fides, statuens nobis peccata esse remissa, nos à Deo diligere & iuari propter Christum.

Hac regula animaduersa bene iudicari potest, quomodo hoc dictum in Genesi, quod uidetur de promissione corporali, scilicet, de posteritate solum loqui, accommodetur à Paulo ad fidem de remissione peccatorum, & de CHRISTO, & quomodo Exempla Ebræ. 11. ad confirmationem doctrinæ de fide citentur.

TERTIO. Diligentissimè huius loci doctrina contra Academicam dubitationem aduersariorum cogitur, uidelicet, Fidem esse, non solum in genere nosse & credere articulos fidei ueros esse, & aliquibus, ut Petro aut Paulo dari remissionem peccatorum, sed etiam firmissimè statuere certo SIBI IPSI omnia peccata, propter Mediatorem remitti. Hanc sententiam illustribus uerborum luminibus proponit Paulus Rom. 4. Abraham ad promissionem Dei non hæsitauit, uel dubitauit ob diffidentiam, seu firmam fidem habuit, dans gloriam DEO, & plenissimè sciens, quod is qui promiserat, posset etiam præstare, Ideo & imputatum est ei ad iusticiam. Non est autem scriptum tantum propositum ipsum, Quod imputatum sit ei ad iusticiam, sed etiam pro-



am propter nos, quibus imputabitur, credentibus  
eum, qui suscitauit IESUM dominum nostrum  
mortuis &c.

**MATERIA** circa quam. Est persona  
dens, ut Abraham, Paulus, Latro in cruce. Ioh. 3.  
Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigeni-  
talem daret, ut OMNES credentes in eum non perirent  
sed habeant uitam eternam.

**FORMALE** iustificationis coram Deo.  
imputatio iusticie seu, absolutio à peccato, remissio  
peccatorum, reconciliatio & acceptatio ad uitam  
eternam.

Etsi enim uerissimum est, in iustificatis fieri  
renouationem seu iustificationem, & inchoari  
uirtutes, tamen semper necesse est præcedere iusti-  
ficationem iusticie, qua iusti, id est, accepti sumus  
Deo placemus propter Mediatorem, non propter  
nostram mundiciem aut impletionem Legis.  
Quia etiamsi fit renouatio & infusio uirtutum  
men uirtutes nostræ nec integræ sunt, nec sine  
peccato, nec satisfaciunt Legi. Quare ut conficiamus  
certam & firmam consolationem habeat, &  
Dei debitus honos tribuatur, statuendum est quod  
persona propter solum Mediatorem Deo placeat.  
Rom. 5. dicitur. Iustificati fide pacem habemus apud  
Deum, per dominum nostrum Iesum Christum.



rinth. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus iusticia Dei per ipsum. Psal. 143. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Philip. 3. Vt inueniar in eo, habens non meam iusticiam, sed eam quæ ex Deo, per fidem, agnoscendam Christum.

Obseruent autem iuniores explicationem Argumenti, quod nunc à quibusdam ueræ sententiæ obijcitur.

Deus est uerax & iustus,

Imputare iusticiam ei, qui non habet ueram iusticiam inherentem, pugnat cum ueritate & iusticia Dei.

Ergo. Nostra iusticia non est tantum imputatio iusticiæ.

Respondeo ad Minorem. Nego Minorem, Quia etiamsi actio Dei recipientis nos propter Filium, et imputantis nobis iusticiam non congruit cum nostra qualitate, seu nostra immundicie, Tamen congruit ad promissionem Euangelij, quod est dulcissima promissa Legis, nec minus uera quam ipsæ Legis conciones. Cum enim Lex uel perfectam obedientiam sine peccato, uel poenam sufficientem requirat, ut Christus poenam pro nobis persoluerit, Perspicuum est actionem Dei reputantis nos iustos propter Filium, nec cum iusticia Dei in Lege Dei patet facta pugnare.

Y Oritur



Oritur autem hoc Argumentum ex confusio-  
doctrinae Legis & Euangelij.

FINES seu EFFECTVS Iustificationis  
sunt.

I. Donatio Spiritus sancti & inchoatio nouae  
cis, iusticiae & uitae.

II. Pax conscientiae letantis in Deo, & accedenti  
ad eum, & perferentis omnes afflictiones. Rom.  
Iustificati fide pacem habemus erga Deum, per Do-  
minum nostrum Iesum Christum, per quem & ac-  
cessum habemus fide in gratiam hanc, in qua sumus  
& gloriamur &c.

III. Vita aeterna. Iustus fide sua uiuet.

COGNATA sunt, Gratia, & Praedestinatio.

PUGNANTIA sunt octo praecipuae cor-  
ruptelae huius uerae & salutaris doctrinae de Iustifi-  
catione. Quas alibi exposuimus & refutauimus.

## TEXTVS XV. Capitis.

Per uisionem.) Filius Dei ostendit se Abraham  
noctu uigilanti in Specie seu Idea naturae humanae  
quam post annos 1900. assumpturus erat.

Noli timere Abraham, ego pro-  
tector tuus, & merces tua magna  
ualde,



Vtilis regula à Luthero tradita hic cōsideretur. Omnia præcepta Dei, omnes promissiones, & consolationes diuinæ debent correlatiuè intelligi. Ita hæc consolatio, Noli timere, ostendit Abraham in magna consternatione esse, & agni non solum de sobole, sed de sua salute, de defensione, de gubernatione, de uentura Ecclesia, de herede & omnibus rebus necessarijs. De his omnibus audit hanc consolationem & promissionem, in qua complectitur Deus remissionem peccatorum, defensionem & alia bona Abrahamæ necessaria. Et intelligatur hæc promissio uniuersaliter ad omnia Ecclesiæ tempora pertinere.

Noli timere.) Ego tibi faueo, ego te recipio in gratiam, ego te gubernabo & saluabo propter Seminem Christum.

Ego protector tuus sum.) Ego te rego Spiritu sancto meo, ego gubernabo consilia & actiones tuas, defendo te aduersus Tyrannos & Diabolos.

Et merces tua magna ualde.) Labores tui non erunt irriti, dabo successus salutes & præmia.

Filius Procurationis domus meæ iste Eliezer.) Filius procurans domum meam seu Oeconomus meus est iste Damascenus Eliezer.

Vel ut Lutherus uertit, Ego Abraham uado  
X z absq;



absq; liberis, & iste procurator domus meæ, huius  
Filium.

Vel Filius relictionis domui meæ est iste Eliezer, Hoc est, Relinquitur ad hereditatem suscipiendam.

Eduxit eum foras.) extra Tabernaculum.

Sic erit Semen tuum.) Vt Stelle sunt immutabiles, sic posteritas tua numerari non poterit. Enarrat autem Paulus hanc particulam non tantum de gente Iudaica, sed etiam de tota Ecclesia ex gentibus collecta, quæ fide promissionem de Christo Abraham traditam amplectitur.

וְיָדַעְתָּ כִּי יוֹשֵׁב בְּאֶרֶץ מִצְרָיִם  
VeHeemin Balehoua Valahsebo lo Zedeka, Credit Deo, & reputatus est iustus.

וְיָדַעְתָּ significat reputare, imputare, cogitare.

Scito prænoscens.) Interpretatio Signi, Populus Israël adfligetur ab Ægyptijs, sed propter promissionem Abraham factam liberabitur.

Quadringentis Annis.) Hi incoandi sunt de Exitu Abraham ex Charan, ut ex Galat. 3. apparet, fuit enim populus in Ægypto tantum annos 215. Antea 215. annis peregrini fuerunt in Terra Canaan.

Ego iudicabo.) Hoc est, puniam. Synecdoche.

Nondum impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum.) Lento gradu ad uindictam sui delicta procedit ira, ut inquit Valerius Maximus.



Nam immensa bonitate & patientia differt pœnas,  
ut spacium pœnitentiæ impijs concedat. Qua mora  
cum abutuntur impij ad confirmandam securitatem  
& contemptum Dei, tandem in horrendam pœnas  
impœnites abijcit, & tarditatem supplicij graui-  
tate compensat.

Lampas Ignis transiens inter diuisiones.)  
Fax ardens transibat inter pecora diuisa, & com-  
burebat seu absumebat ea.

Pepigit Dominus Fœdus cum Abraham.  
In fœderibus sancendis usitatum fuit uictimam par-  
tiri, & per medium transire, ut ex Capite 3 4. Iere-  
mie perspicuum est.

Cineos) קניני Keni, possessio mea.

Cenez eos) קנזי Kenici, possessio mea iste.

וזה iste.

Cethmoneos) קדמוני Kademoni antiquus, Ori-  
entalis.

Reliqua Vocabula prius Capite 10. 11.

14. exposuimus.

Y , CAPVT



IN GENESIN  
CAPVT  
XVI.

LOCI PRÆCIPVI

- I. De Bigamia Abraha.
- II. Res secundæ pariunt insolentiam, quæ pugnat cum Modestia seu ταπεινότητι.
- III. Miseriæ æconomicae sunt excusantia patientiæ, fidei, invocationis, & aliarum virtutum.
- IIII. De usu afflictionum.
- V. De Ecclesia, quod non sit allegata ad primogenituram & alias carnales prærogativas.

I.  
DE BIGAMIA  
Abrahae.

Vsitata & uerissima regula est, Non ex exemplis sed legibus iudicandum esse. Est autem lex contra



in Paradiso sancita, ut sit duarum tantum personarum indissolubilis coniunctio. Erunt duo in carnem unam. Hanc legem Christus Matth. 10. Et Paulus 1. Corinth. 7. repetit. Excusatur autem Abraham, eo quod facta sit ipsi promissio Seminis, quod ex uxore sterili & effœta expectare non potuerit. Ideo de sententia & uoluntate uxoris, concubinae consuetudine usum esse, præsertim cum Polygamiamos politicus illarum gentium esset, & pro peccato non haberetur: sicut nunc in Germania Ebrietas ferè in morem politicum abiit, ut non modo pro peccato non habeatur, sed etiam laude ducatur. Fuit etiam usitatum in illis gentibus, ut uxores steriles, Maritis adiungerent ancillas suas, ex quibus Dominis liberi & heredes nascerentur. Sic Plutarchus narrat Stratonice Regis Deiotari uxorem sterilem, Clam iniussu marito ancillam Electram, ex qua heredem Regni suscepit. Potest autem ad hunc locum tota doctrina de Coniugio supra Capite Secundo recitata, transferri.

## II.

RES SECVNDÆ  
pariunt insolentiam.

Sicut Agar propter donum fœcunditatis effert se supra dominam, eamq; superbe contemnit: Sic  
X 4 omnes



omnes homines natura superbi sumus, & propter  
qualiacumque dona Dei beneficio nobiscum com-  
municata efferimus nos supra alios, & præcipue in  
bus secundis excusso timore Dei mirifice insolenti-  
mus, ut grauiſſimè inquit Xenophon πρὸς ἑλ. 2. 1.  
facilius est inuenire hominem, qui res secundas re-  
ferat, quàm qui aduersas. Ille enim insolentiam  
omnibus, He uerò modestiam in plurimis effici-  
Muniamus autem nos contra hanc insolentiam  
re & exercitio modestiæ seu ταπεινοφροσύνης  
quæ frenat nos, ne in opinione de nobis, & sermone  
& in actionibus supra nostras uires nos efferamus  
nec despiciamus alios, sed in timore Dei & fide  
ligenter nostræ uocationis officia faciamus.

## III.

MISERIAE OECONOMI-  
ca sunt exercitia patientiæ, fidei,  
uocationis, & aliarum vir-  
tutum.

Tres sunt causæ propter quas uult Deus ho-  
mines in œconomica & politica societate uiuere.

1. Vt ipsi obediant.
2. Vt ipse in cœtu innotescat, & inuocatio  
confessio in hac societate luceat.
3. Vt exerceant fidem, dilectionem mutuam, pa-  
tientiam.



tientiam, & alias uirtutes. Huius tertiæ causæ exemplum illustre sunt in hoc Capite multiplices miserie in Oeconomia Abrahæ, uxoris sterilitas, æmulatio & odium erga concubinam ancillam, quod committantur assidue lites & rixæ domesticae, concubinae fuga cum herede &c. Quas miseras omnes uir Heroicus singulari patientia perfert, ut concordiam cum sua coniuge tueatur & conseruet.

## IIII.

DE VSV AD FLI-  
ctionum.

Vniuersaliter pijs in adflictionibus hæc regula tenenda est, Deum punire aut exercere non ut perdat, sed ut retrahat ad pœnitentiam, & exuscitet, ut crescant in nobis timor Dei, inuocatio, & ceteræ uirtutes, ut dicitur, Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Item Corinth. 11. Cum punimur, à Domino corripimur. Esai. 28. Veraxio dat intellectum, παθήματα, μαθήματα. Sic Agar impatiens morositatis, odij & iniuriarum Saræ fugit, ac uersans in ærumnis exuscitatur ad pœnitentiam, inuocationem, & gratiarum actionem, & confirmata uoce Angeli agnoscit se, à Deo uideri, hoc est, curari, & rediens ad Abraham obtemperat Saræ etiam duriori, et se ei propter Deū subiicit

Y 5 Agar)



Agar) חגר peregina, à גר.

Sur) שור inspector, à שור intuitus est.

Hismael) ישמעאל exaudit Dominus.

Cades) קדש sanctus.

Barad) ברד grando.

## C A P V T XVII.

### LOCI PRÆCIPVI

- I. De Fœdere, quod facit Deus cum Abraham & vniuersa Ecclesia.
- II. De Signo fœderis, hoc est, Circumcisionis.

#### I.

DE FOEDERE, QVOD  
facit Deus cum Abraham  
et vniuersa Ecclesia.

Deus colligit & constituit Ecclesiam omnibus temporibus, uoce promissionis, in qua remissionem peccatorum, iusticiam & uitam eternam creditur.



tibus, propter Christum Mediatorem donat. Hæc promissio supra cap. 12. & 15. tradita est, & nunc hisce uerbis repetitur: Ero Deus tuus, & semini tui post te, hoc est, Ego recipiam uos, saluabo, donabo iusticia & uita Æterna, & uos uicissim me solum uerum DEVM patefactum data promissione de Filio Mediatore agnoscetis. Vt enim in fœderibus mutua fit declaratio uoluntatum, & stipulatio ab utraq; parte: Sic in hoc fœdere & Deus Ecclesiæ suæ bona promittit, & uicissim Ecclesia fidem, inuocationem & obedientiam suam Deo pollicetur & præstat. Ita hic ad Abraham dicit: Ambula coram me, & esto perfectus seu integer, id est, me agnoscas uera fide, & uitam ac mores tuos uoluntati meæ conformes, nec contamines cultu idolorum, uel falsis opinionibus, uel sceleribus cum uerbo meo pugnantibus. Nam uox תמים Thamim, Perfectus, non significat habentem omnium uirtutum summos gradus, sed integrum seu incorruptum, & uera fide ac morum integritate DEVM contentem. Sumus enim in hac uita perfecti, non consummatione, sed imputatione perfectionis Christi & incoatione.

Duplices sunt autem promissiones, seu duplex est fœdus quod Deus cum Abraham hoc in loco facit, Alterum est spirituale & æternum, & ad uniuersam Ecclesiam pertinens, de quo dicitur, Ero Deus



Deus tuus. Item, Patrem multarum Gentium constitui te, hoc est, ut Paulus interpretatur, Omnes fide amplectentes promissionem de Semine tuam Abrahæ, hi cum Abraham benedicentur, per omnium bonorum celestium participes fient, sicut sint Iudæi circumcisi, siue Gentes incircūcise. Rom. 4. Ideo ex Fide, Gratis, ut firma sit promissio tui semini Abrahæ, non ei tantum quod ex Legge, id est, Circumcisio, sed etiam quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, Patrem multarum Gentium constitui te. Esai. 54. Montes commouebuntur & colles contremiscent. Misericordia autem mea non recedet à te, & fides pacis meæ non mouebitur. Esai. 59. Hoc est fides meum cum eis, Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui in æternum.

Alterum est Fœdus Temporale, seu promissio corporalis Terræ Canaan, ut esset certa sedes Ecclesiæ, & certus locus ubi CHRISTVS nasceretur, & uictima fieret. Etsi autem nunc Ecclesiæ tantam habet promissiones corporales, tamen non sunt speciales de certo loco, sed generales, quod uindicta sit conseruanda, non interitura, etiamsi uera terra, ut Daniel uocat dispersio, & semper de uno loco in alium migrat, ut nunc ἐξ ἑξ αὐτῶν μυστῶν relegatur in has boreales regiones, Pigris ubi rara camporum



arbor æstiuâ recreatur umbra, Quod latus terræ  
nebulae, malusq; Iupiter urget, ut Horatij carmine  
utamur.

## II.

DE SIGNO FOEDE-  
ris, hoc est, de Circumci-  
sione.

Grauißima est doctrina de Circumcisione, cuius  
summam Sex Capitibus inclusam recitabo.

PRIMO. Semper Deus promissioni addidit  
externa signa in oculos incurrentia, & commune  
facientia de promissione, quæ Sacramenta uocantur.  
Quare cum Abrahæ traderet Deus promissionem  
renouatam, adiunxit signum Circumcisionis, quod  
ideo in illa corporis parte institutum est, ut com-  
monefaceret de promissione, quæ loquitur de uen-  
turo Semine.

Secundo, ut significaretur hanc naturam mer-  
sam in peccatum præcidendam & abolendam esse  
& quod oporteat eam restitui, per, & propter il-  
lud Semen benedictum.

Tertio, Vt moneret Deum uelle, ut homines re-  
uerenter utantur semine & toto opere generatio-  
nis, quod in eum usum præcipue conferendum est, ut  
augeatur numerus cultorum Dei.

Vt au-



Vt autem caterorum Sacramentorum, sic Circumcisionis quoque; Fines principales sunt.

Primus, Confirmatio fidei, seu ut Rom. 4. Paulus nominat, Sigillum iusticiæ fidei, id est, testificatio quo Deus ostendit se recepisse Abraham credentem propter promissum Semen, & quo testimonio Abraham commonefactus, de uoluntate Dei, suam fidem confirmat.

2. Vt promissio de Semine certius ad posteritatem propagari posset, & memoria promissionis esset diuturnior. Ideo ritus Circumcisionis in ea parte corporis, pictura est promissionis.

3. Discrimen inter posteritatem Abraham & ceteras gentes.

4. Admonebat de Circumcisione spirituali, seu de pœnitentia, in qua destruitur natura immunda, & tollitur præputium peccati, & fit renouatio nature per Spiritum sanctum, & inchoatio nouæ iusticiæ propter Semen promissum. De hac spirituali Circumcisione sæpe postea dicitur Leuit. 10. Donec erubescat incircumcisa mens eorum.

Deuteronom. 10. Circumcidite præputium cordium uestri.

Deut. 10. Circumcidet Dominus cor eorum.

Ierem. 4. Circumcidimini Domino, & auferet præputium cordium uestrorum.

Ierem. 6. Incircumcise aures eorum.



Ier. 9. Omnes Gentes habent præputium. Omnes autem domus Israël incircumcisi sunt corde.

SECUNDO. Vſitata Regula conſideretur. Non Sacramentum ſed fides amplectens promiſſionem, cui additum eſt Sacramentum, iuſtificat. Quare conſantiſſimè damnandi ſunt furores Iudæorum, qui exiſtimabant prodeſſe Circumciſionem, & mereri remiſſionem peccatorum, ac iuſticiam ex opere operato. Hanc Phariſaicam perſuaſionem ſeuerè damnat Paulus Rom. 2. & Rom. 4. & ad Galatas ideo tam acriter de abrogatione Circumciſionis dimicat, ne lux doctrine de iuſticia fidei extingueretur, uidelicet, quod propter ſolum Chriſtum Mediatorem, credentes habeant remiſſionem peccatorum, & uitam æternam, non propter Circumciſionem aut alias ceremonias. Et Act. 15. Petrus, cum contenderent aliqui Circumciſionem neceſſariam eſſe, inquit, Credimus nos per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluari, quemadmodum & patres noſtri ſaluati ſunt.

TERTIO. Rom. 2. Paulus duplicem Circumciſionem facit. Circumciſio literæ eſt externa ceremonia, ſine fide ſeu fiducia miſericordiæ, ſine uera inuocatione in agnitione Mediatoris, denique ſine Spiritu ſancto. Circumciſio Spiritus eſt pœnitentia & fiducia miſericordiæ promiſſe propter Mediatorem



torem, de quo externa ceremonia communica-  
 mentes, quæ est signum & pignus promissionis.  
 Hæc Circumcisio spiritalis, omnibus pijs omnibus  
 temporibus necessaria est, de qua concionatur Pa-  
 ulus Rom. 2. Colos. 2. Philip. 3. Moses Deut. 10. &  
 Ierem. 4. 6. 9.

QUARTO. Ut ceteræ Mosaicæ ceremoniæ  
 sic Circumcisio quoque post exhibitum Christum  
 rogata est, ut grauissimæ disputationes Pauli  
 Galatas, & reliquorum Apostolorum Actor. 15.  
 stantur.

Obseruent autem iuniores usitati Argumenti  
 plicationem.

Voluntas Dei est æterna & immutabilis.

Circumcisio est uoluntate Dei instituta.

Ergo non debuit abrogari.

Respondeo ad Minorem. Est instituta, ut duraret  
 usque ad Christum, Abrahæ promissum, de quo dicitur  
 tur: HVNC AVDITE.

Quod æternum est non debet aboleri,

Circumcisio hic uocatur æternum fœdus,

Ergo non debet aboleri.

Respondeo ad Minorem. Vox Ebræa significat  
 non infinitam æternitatem, sed longum tempus,  
 Ierem. 25. uocatur æternum tempus 70 annorum.  
 Deinde circumcisio in singulis fuit signum æterni  
 fœderis.



fœderis, quo ad omnem aeternitatem à Deo recipiebantur.

QVINTO. Cause propter quas Christus uoluit circumcidi, tres sunt.

1. Vt esset testimonium, quod natus sit ex posteritate Abrahamæ.
2. Quia uoluit esse membrum Ecclesiæ iudaicæ.
3. Et principalis. Vt significaret se subijci Legi, & præcidi propter totum genus humanum, in se deriuari iram Patris, & se fieri peccatum pro nobis.

De hac causa Paulus inquit Galat. 4. Factum sub Lege, ut eos qui sub Lege erant, redimeret.

Et Christus Matth. 5. Non ueni soluere Legem, sed implere. Implet autem quatuor modis.

1. Præstando perfectam obedientiam.
2. Sustinendo pœnam pro nobis.
3. Restituendo Legem in nobis per Spiritum sanctum, quod fit in hac uita inchoatione et postea consummatione.
4. Sanciendo et confirmando doctrinam seu illustrando uerum intellectum Legis in Ecclesia.

SEXTO. Doctrina de Infantum Baptismo hic consideretur. Vt enim Infantes iudaici per Circumcisionem fiebant membra Ecclesiæ Dei, & participes fœderis seu promissionis diuinæ: sic nostri quoque infantes per Baptismum Ecclesiæ inferendi sunt.

Z Cu m



Cum enim Regnum Dei ad infantes quoque pertinet, ut dicitur, Talium est Regnum coelorum, necesse est eos ex aqua et spiritu renasci, Nam nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non ueniet in Regnum Dei. Sed totam disputationem de Baptismo infantum, ex locis studiosi ad huius capituli doctrinam illustrandam transferant.

## TEXTVS.

Abraham pater multarum gentium.

אברהם componitur ex tribus dictionibus.

אב Ab, pater.

רם Ram, excelsus.

המון Hamon, multitudo. Vnde etiam

Mammon in Euangelio.

Manet autem huius tertiae dictionis uestigium una tantum litera He.

Alij hoc modo componunt. אב Ab, pater.

ר Syncope pro רב multus, magnus, copiosus.

הם Ham, pro המון Hamon, multitudo. Facet, Gentium, non tantum ortarum ex ipso secunda carnem, sed etiam per fidem promissionis ipsi tractae insertarum Ecclesiae.

Nominibus אברם Abram ושרי Sarai, prius habuerunt, additur una litera ex nomine יחזקiahoua, quia sunt parentes Christi, qui est nomen Abrahæ, et Iehoua iusticia nostra.



Sarai.) שרר dominā mea

שרר Sara, domina, princeps, uel ut Paulus Galatas 4. interpretatur, libera. Hinc משרר liber-  
tas, Esai. 6. libertas super humerum eius.

Abraham risit in corde suo.)

Hoc est, Audiens promissionem de Semine ex Sara orituro, eamq; firmissima fide amplectens, toto pectore letatur, & ingenti gaudio exultat. Ioh. 8. Abraham uidit diem meum, & gauisus est. Admirandus inquit, Num centum annos nato nascetur Filius, idq; ex nonagenaria Sara &c. Hæc non esse dubitantis sed certissimæ fidei uerba Paulus clarè testatur, Rom. 4. Abraham non imbecillam fidem habuit, nec considerauit suum corpus iam emortuum, qui ferè centum natus esset annos, nec emortuam uulua Sara, sed in promissionem Dei intuens non dubitauit ob diffidentiam, sed robustam fidem habuit, dans gloriam Deo, & certissimè sciens, quod qui promiserat, posset etiam facere.

Vtinam Hismael uiuat coram te.)

Q. d. Cum summa gratitudine & letitia accipio, quæ promittis, Quia igitur ex Sara mihi datus es filium, Ismaelem quoq; non abijcias, sed sinas eum tibi curæ esse.

Vocabis nomen eius Isaac.)

Ebraicè יצחק IZHak risus, gaudium, à uerbo צחק

Z

Circum-



Circumcisio instituta est,

Anno Mundi 2047.

A Diluvio 391.

Ætatis Abrahæ 99.

Ætatis Hismæel 13.

Post mortem Nohæ 41.

CAPVT  
XVIII.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Hospitalitate seu Beneficentia & liberalitate.
- II. Testimonium de Mystério Trinitatis.
- III. Allegoria trium Satorum Firmæ, proposita à CHRISTO Matth. 13.
- IIII. Repetitio promissionis de Tempore, continens doctrinam de Ecclesia, Quid sit, & quomodo colligatur & propagetur.



- V. Materfamilias sit *οἰκὸς*, mane-  
at in Tabernaculo, curet rem  
familiarem, non vagetur, non  
foris sapiat, sed sit Venus  
stans in testitudine, sicut Sa-  
ra manet in Tabernaculo.
- VI. Reuerentie & obedientie vxor-  
um erga maritos exemplum  
præbet Sara, quæ ut 1. Pet. 3.  
dicitur, Obediuit Abraham,  
Dominum illum appellans.
- VII. Testimonium quod Deus non  
sit alligatus causis secundis,  
est, quod Saram anum & ef-  
fætam & sterilem reddit fœ-  
cundam.
- VIII. Repetitio promissionis de Chri-  
sto Semine Abraham, in quo  
omnes gentes Terræ benedi-  
cendæ sunt.

Z 3 Quem



IX. *Quemadmodum* πὸς ἅκλι καὶ ἑ  
 πασα πόλις καὶ ἄνδρὸς ἐπι  
*Sic uicissim propter paucitatem*  
*rum pietatem sæpe totis ciuitatibus & gentibus pœna*  
*mittuntur.*

X. *De paucitate ueræ Ecclesiæ.*

## I.

DE HOSPITALITATE.

In Epistola ad Ebraeos cap. 13. de hoc Abraham exemplo dicitur : Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hanc enim quidam inscientes hospitio exceperunt Angelos. Est autem Hospitalitas species Beneficentiæ, quæ peregrinos ope nostra indigentes, & præcipuè exulantes propter studium ueræ religionis, amanter excipit, & omnibus officiis hospitalibus propter Deum iuuat.

Huius uirtutis perfectissimum exemplum habet loco in sanctissimo Patriarcha Abraham propositum, uidet peregrinos, ijs, quanquam ignoti sum, nomen occurrit, & omnia sua officia humiliter & amanter defert &c.



Itaq; etiam amplissimo premio hæc ipsius uirtus compensatur. Nam ipsum Filium Dei una cum Angelis hospitio excipit, & promissione hæreditatis et cæterorum bonorum adfluentia cumulatur.

Addantur autem ad hunc locum cætera dicta & exempla, quæ de hospitalitate præcipiunt. Matth. 10. Qui dederit potum aquæ, uni ex minimis, in nomine meo, non perdet mercedem suam. Matth. 25. Hospes eram, & excepistis me. 3. Reg. 19. Vidua Sareptana. 4. Reg. 4. Hospita Elisæi.

Graviſsimè hanc uirtutem etiam Ehnici celebrarunt, & coluerunt, ut hæ sententiæ ostendunt.

οδ.ξ. εἰ δὲ οὐ μοι θέμις ἐστὶ οὐδ' εἰ κακίωρ σέθεν  
ἔλθοι

Ξένον ἀμύησαι, πρὸς γὰρ Διὸς εἰσὶν ἅπαντες

Ξένοι τε πτωχοί τε, δόσις ὀλίγη τε φίλη τε.  
Γιγνέτη ἢ μετέρη.

οδ.ιι. Ζεὺς ἐπιζυμῆτων ἱκετάων τε ξένων τε  
Ξείνοισι, ὅς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπκῆται.

### *Euripides in Alceſtide.*

Οὐ γὰρ σκυδνωτὴρ τοῖς ξένοις δὲ πρῶτον ὅλον  
εἶναι δέχεται, δὲ ἐν προσηγόρῳ φρενί.

Ἰεμ, ξένοις ἐπὶ τῷ τῷ ἴσων τε νῆπτε.

Z 4

DE



## II.

## DE TRINITATE

Etsi erudita & pia est cogitatio quorundam patrum, qui apparitionem trium Virorū, factam Abrahamæ, ad Articulum Trinitatis accommodant, tamen melius est, doctrinam de tribus Personis Divinitatis ex alijs illustrioribus testimonijs sumere. Nam hæc Allegoriæ ad confirmandas mentes & Aduersarios conuincendos parum aut nihil ualent, etsi in docendo & illustrando grata sunt. Vt enim Abraham tres distinctas personas coram intuetur, & tamen in oratione sua singularem numerum usurpat, sic firmum me statuendum est unam esse essentiam æterni Patris, FILII, & SPIRITVS SANCTI, distinctam tribus personis.

## III.

ALLEGORIA TRIVM  
Satorum.

Satum Mensuræ nomen est, continens 24. Sertorios, seu sex cantharos Rostochianos. Drey Stübchen.

Tria Sata efficiunt Mensuram Ephæ respondentes nostræ mensuræ, cui à Scapha nomen est.

Ebræi capacitatem ouorum mensuras distinguunt.



ita ut Satum contineat 144. oua. Ephī seu tria Sata complectantur 432. oua.

Tantum farinae albæ triticeæ miscet Sara, & coquit panes ἐγκυβιάς seu subcimericios, qui inclusi testis & tecti cineribus inter carbones pinsebantur.

Videtur autem ex hac narratione à Christo sumpta esse imago Matth. 13. Simile est Regnum cœlorum fermento, quod Mulier miscet tribus satis farinae ut tota massa fermentetur.

Fermentum inflans, rarefaciens & attenuans panem, significat doctrinam Euangelij, quæ est panis uitæ, alens ueram Dei agnitionem, fidem, iusticiam, & uitam æternam, & inflans corda ueris motibus, uera dilectione Dei & similibus.

Tria Sata significant tres præcipuas partes Hominis, Mentem, Voluntatem, & Cor, quæ commixta doctrina Euangelij renouantur, & noua agnitione & Dilectione Dei, ac uita æterna donantur.

Fit autem hæc renouatio, cum Fermentum commiscetur Satis, hoc est, cum doctrina Euangelij studiosè legitur, auditur, cogitatur, & in quotidiana inuocatione, in laboribus uocationis, in ærumnis & doloribus ad usum transfertur.

De hac Allegoria extat elegantissima Oratio Philippi, de Tribus satis farinae in tertio Tomo Declarationum.

Z s REPE-



REPETITIO PROMISSIONIS de Isaac, & doctrina de propagatione Ecclesiae.

Paulus Rom. 9. disputans, Quæ sit uera Ecclesia Dei, citat ex hoc capite promissionem factam Abraham, de filio Isaac, inquit, Non omnes qui sunt postmen Abraham, sunt etiam filij, sed in Isaac uocabatur tibi Semen, hoc est, non filij carnis sunt filij Dei, sed filij promissionis computantur in semen. Promissionis enim est sermo ille, Reuertatur te tempore isto, & erit Saræ filius.

Ex his Pauli uerbis discamus ueram Ecclesiam Dei constitui & propagari, non carnali generatione, non Lege, non politia Moysi, non meritis humanis, non prærogatiua generis, uel successionis, sed sola uoce promissionis traditæ Abraham, quæ datur per misericordiam propter Filium credentes recipit, ut Iohan. 1. Qui non ex sanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Et hoc loco Isaac Ismaëli præfertur, ut sciatur, non generis prærogatiua, sed electione diuina, uocatione, & uoce promissionis Ecclesiam constitui.



Estq; uera Dei Ecclesia, quæ credit promissioni de Christo, & sanctificatur per Spiritum sanctum, ut fiat heres uitæ æternæ, habens duas externas notas, uidelicet, purum uerbum Dei, & legitimum Sacramentorum usum.

## VII.

REFUTATIO  
fati Stoici.

Omnia miracula contra usitatum naturæ ordinem à Deo facta, testantur Deum liberrima uoluntate, & condidisse initio hanc totam rerum naturam, & nunc conseruare, ita ut eam uel impedire possit, uel moderari, uel mutare, uel tollere, ut dicitur:

Non est Deus numen parcarum carcere uinctum,

Quale putabatur Stoicus esse Deus.

Ipse potest Solis currus inhibere uolantes,

Ipse uelut scopulos flumina stare iubet.

Sic hoc in loco Saram anum effœtam & sterilem reddit fecundam. Sic Elizabeth Lucæ 1. Annam 1. Reg. 1.

Stoici Fatum definiunt esse connexionem Dei cum secundis causis talem, ut Deus non aliter agere possit, quam secundæ causæ cient.

Refutan-



Refutantur autem perspicuè.

I. Testimonijs uerbi diuini. Psalm. 114. Dominus noster in cœlo omnia quæcunq; uoluit fecit. Item Ephes. 3. Deo qui potest super omnia, & excelsè lenter opem ferre supra quam petimus aut intelligimus. Item, Adiunxit pauperem, cui non erat adiutor.

II. Miraculis, ut resurrectione mortuorum, in presso cursu Solis, sœcundatione effœtarum.

III. Exemplis Adæ & Eux, Dauidis, Danielis, & remiæ, qui deserti ab omnibus causis secundis tamen adiuti sunt.

IIII. Libertate uoluntatis humane, quæ est imago libertatis in Deo.

### IX. Locus.

## L A T E P A T E N T præmia & pœnæ.

Verissimus est Hesiodi uersiculus.

Sæpe mali malè facta uiri populus luit omnis,  
πολλὰ κὶ κατὰ ξύμπασα πόλεις κακὰ ἀνθρώπων  
παύει. Et inter causas cur præstanda sit disciplina  
hæc quoq; recitatur, ut pœnæ uitentur, & publica  
tranquillitas conseruetur. Certissimum enim est  
tissimè uagari pœnas scelerum, præsertim cum  
Magistratibus negliguntur, ut historia testatur.

Beniam.



Beniamin, & alia exempla innumerabilia ostendūt. Sed multo latius pietatis & recte factorum premia patent, ut in primo Præcepto dicitur: Faciens misericordiam in millia, his, qui diligunt me. Et hoc loco Dominus Sodomis parsurus erat, Si decem pij inter eos inuenti fuissent.

Prædictio autem poenarum Sodomæ testatur, Non casu, sed certo Dei consilio & deliberatione poenas infligi.

### X. Locus.

## DE PAUCITATE veræ Ecclesiæ.

Semper maxima pars generis humani uiuit in Epicureo contemptu Dei & Euangelion de Filio Dei superbe aspernatur. Ideo sæpè præmonet Deus pios, ne paucitate Ecclesiæ offensi existiment nullam partem generis humani peculiariter Deo curæ esse, ut Esai. 1. Nisi Dominus reliquisset nobis Semen, quasi Sodomæ fuisset.

Esai. 65. Quomodo si inueniatur granum in botro.

Luc. 12. Noli timere pusille grex.

Luc. 18. Filius hominis cum uenerit, num inueniet fidem in terra?

Matth. 13. Quarta pars seminis cadit in terram bonam.

Huc



Huc & Exempla pertinent, Diluuij, in quo ob homines tantum seruantur, & hoc loco Sodomorum, in quibus uix decem inueniuntur, & Christi tempore Ecclesia Dei erat exiguus cœtus Zacharia, & meonis, Annæ, Elizabet, Mariæ Ioseph &c.

His dictis & exemplis, nos nunc quoq; intuent in maximam multitudinem generis humani, celestem Idola, & paucitatem ac distractionem eorum, qui uocantur Ecclesia Dei, consolemur & compememus.

## CAPVT XIX.

### LOCI PRÆCIPVI

- I. *Conflagratio Sodomorum est exemplum horrendæ iræ Dei aduersus peccatum, & imago extremi Iudicij, in quo æternas pœnas impij abijciuntur.*
- II. *Liberatio Lothæ est exemplum diuinæ conseruationis rebus*



quiarum Ecclesiae omnibus temporibus, & providentiae Dei, qua vitae & salutis piorum consulit.

III. De Hospitalitate & praeijs.

IIII. De libidinibus & earum poena, quae est caecitas.

V. De custodia Angelorum.

VI. Testimonium de pluritate personarum diuinitatis.

VII. Poena uxoris Loth continet necessariam doctrinam de Fide, quae in solo Deo acquiescit nec respicit à tergo, hoc est non relabatur à pietate ad impietatem, & bona huius vitae, quae reliquerat.

VIII. Historia incestae consuetudinis Lothi cum filiabus, continens doctrinam de lapsib. sanctorum, & de discrimine lapsuum.

EX.



**EXEMPLVM SERIE**  
*& ingentis iræ Dei & horribilis*  
*lium pœnarum, quibus peccata punit.*

Omnes calamitates totius generis humani, morbi, diluuiâ, incendia, excidia gentium & c. sunt tristissima conciones diuine de uera horrenda, & inenarrabili aduersus peccata, & hortantur nos, ut excussitate prophana, ad uerum timorem Dei eximur, & metu iudicii diuini uniuersam uitam & res nostros gubernemus. Diligentissime autem considerandæ sunt causæ tam tristis & horrenda tionis florentissimarum ciuitatum, quæ sulfure igne cœlitus demisso conflagarunt.

Hæ Eze chiel. 16. recitantur.

I. Epicureus contemptus Dei & iudicii quo spreto omni genere flagitiorum se pollueret. Non enim dubium est uicinum Sem, qui uiderat diluuium, assiduum castigatorem & concionatorem illis de ira Dei fuisse.

II. Superbia, qua propter res secundas neglecto Deo se efferunt & insolescunt. Florebant opulentia, amœnitate & fertilitate soli, & ante



annos ab Abraham ex Regum Chaldaicorum manibus liberati erant. Nunc ingrati erga Deum, huius liberationis obliuiscuntur, ac superbi & securi omnibus cupiditatibus frenos laxant. DEVS autem superbis resistit. Item, Abominatio est coram Deo &c.

III. Inhospitalitas seu ἀσοπρία, & contumelia erga pauperes, peregrinos, hospites pios &c.

IIII. Luxus, intemperantia, crapula, ocium & uicina uiciorum alimenta.

V. Libidines nefariae, de quibus Rom. 1. dicitur, Mares relicto usu foeminae exarserunt in se inuicem turpitudinem perpetrantes. Sæpissime autem publicarum calamitatum proxima sunt causa, et quasi προκαταρκτης, libidines, ut Diluuij historia, conflagratio Sodomorum, interfecti ciues Sichem, suspensi duodecim principes, & 24000. occisa in deserto, Deletio tribus Benjamin, interitus filiorum Heli, exilium Davidis testantur. Item Troiae euerenda causa fuit raptus Helene, Thebanarum calamitatum, incesta consuetudo Oedipi cum matre, Spartanae cladis ad Leuctra, per uim stupratae puellae filiae Scedasi à Laconicis iuuenibus &c. quae historia recitatur à Pausania & Plutarcho.

VI. Securitas prophana, & contemptus peccatorum, ut Esai. 3. dicitur, Peccatum suum sicut Sodomorum predicauerunt.

Sicut Germani nunc, & præcipue Nobiles, de  
a ebrietas



ebrietate, de libidinibus, & de usuris gloriantur.  
Certissimum autem signum est impendentis ei-  
tij, cum ad ipsa flagitia accedit impunitas, & con-  
temptus peccatorum.

Prædicit autem Filius Dei Luc. 17. similem totius  
mundi securitatem fore ante extremum iudicium,  
& similiter horrendis pœnis impios esse subigendos,  
ut 2. Pet. 2. dicitur, Deus subuersionem Sodomorum  
proposuisse impijs uelut exemplum publicis  
sui iudicij aduersus similia peccata.

## II.

# EXEMPLVM CON- seruationis Ecclesiæ.

Semper Deus inter horrendas pœnas, quibus im-  
pios opprimit, aliquas Ecclesiæ suæ reliquias seruat,  
ut familiam Noë in Diluuiio, Loth in Sodomis, Da-  
nielem inter Leones, Esdram, Nehemiam & alios  
in Babylonia defendit. Sic. 2. Pet. 2. dicitur. Deus ius-  
tum Loth oppressum ab impudica conuersatione  
abominandorum hominum liberauit. Cum enim co-  
los & aures sanctas haberet Loth iustus, grauius  
discruciatus fuit, quod uiuens inter illos cogere-  
tur quotidie uidere & audire quæ nolle. Nouit Domi-  
nus pios ex tentatione eripere. Iniustos autem in  
eius iudicij puniendos seruare.



Etsi autem Ecclesiam quoq; propter peccatum castigat, tamen in ira sua misericordiae recordatur, ut grauissima & plena salutaris consolationis est Osee concio capite 11. Quomodo dabo te Ephraim, adfligam te ô Israël. Quomodo dabo te, ut Adama ponam te, ut Seboim? Commiseratione exarsit cor meum, Non faciam furorem irae meae, Non conuertar, ut disperdam Ephraim, Quoniam Deus ego, & non homo in medio tui sanctus, Non ingrediar ciuitatem.

## IIII.

## DE LIBIDINIBVS

& earum poena, quae est  
caecitas.

CASTITAS est uel in coelibate uita, sine incendijs libidinum, & sine ullo seminis abusu, & sine ulla commixtione uiuere, uel in coniugio seruare ordinem Dei consilio institutum. Hanc uirtutem uult nos Deus colere.

1. Vt agnoscamus ipsum esse mentem castam, eumq; à malis atq; immundis naturis discernamus.
2. Vt retineamus gratiam & uitae aeternae possessionem. 1. Corinth. 6. Fornicatores & adulteri non possidebunt regnum Dei. Ephe. 1. Omnis scortator & immundus non habet hereditatem in regno Christi

¶ 2 ¶



Dei, Nemo uos decipiat uanis sermonibus, Propter hac uenit ira Dei super inobedientes.

3. Ne exempla nostra ledant gloriam Dei, & alij nostris exemplis corrumpantur, uel ne toti Ruben: noceant, ut paucorum libido in Gaba totius beniamin exitio fuit.

4. Ut uitentur eterne & presentes poene, Ebr.

13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Hae historiae supra citatae referantur.

Præcipue autem hæc tristissima poena confidetur, Quod libidinosi, cæcitate & induratione percutiuntur, ut errantes in consilijs, studijs & actionibus, uelut cæci & amentes, & à Deo maledicti abiecti ruant in exitium suum & aliorum, ut Nero, Alexander, Caligula, Saul &c. De hac poena Paulus concionatur Rom. 1. Quia dederunt se turpibus & abominandis libidinibus, tradidit eos Deus in reprobum sensum. Ephes. 4. Qui per excoecationem cordis sui dedoluerunt, tradentes se immundicie &c. Osee 4. Fornicatio & Ebrietas auferunt cor.

Econtra Castitas inter cetera premia meretur etiam maiorem lucem Spiritus sancti accendens illustriorem noticiam Dei, & regentis consilia & labores uocationis, ut sint felices, & nobis ac alijs salutare, ut Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam Deum uidebunt. Et Ebra. 12. Sequimini castitatem sine qua nemo uidebit Deum. Et 1. Corinth. 6. de castis di-



his dicitur. An nescitis quod corda uestra sint Templum Spiritus sancti, ut Ioseph sua castitate omnium bonorum spiritualium incrementa à Deo impetrat.

Propter hanc causam castitas etiam precipuus nervus est authoritatis, quæ eximia uirtute & felicitate in rebus gerendis & benevolentia animorum in populo constat. Nam fama libidinum animos alienat, ut in uersibus Bacchylidis dicitur.

Vt cum de statua facies formosa reuulsa est,  
Non decus in reliquo corpore truncus habet:  
Sic alij mores spreti sine honore iacebunt,  
Ni sint ornati laude pudicitie.

## V.

De Custodia Angelorum, defendentium, uitam & incolumitatem piorum supra in primo loco capitis Tertij dictum est, & semper in conspectu sit Psalmi 33. testimonium, Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Item. 91. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Iudæi dicunt, Hos duos Angelos, qui ad Loth diuertunt, fuisse Raphaëlem et Gabriëlem.

Raphael, medicus Dei, à Rapha.

Gabriel, fortitudo Dei, à Gabar.

a 3 Quomo-



Quomodo autem apparuerint Angeli, an adsumptis corporibus elementaribus uel alijs. Item, An comederint, biberint etc. ipse Augustinus lib. 3. de Trinitate fatetur intentionis suae uires excedere.

## VI.

TESTIMONIUM  
de pluritate personarum  
Diuinitatis.

Pluit Iehoua, id est, Filius Dei (qui ut Iohannes dicitur, unā cum Patre omnia operatur) ignem et sulphur à Iehoua, id est, eterno Patre, qui est fons diuinitatis, sine temporis principio suam essentiam Filio, et Spiritui sancto communicans.

Haud dubiè autem ingens ira Dei significatur, cum ipse filius Dei huius horrendae poenae ministri est.

## VII.

POENA UXORIS  
LOTH.

Luca 17. inquit Christus, Mementote uxorem Loth. Qui enim querit animam suam seruare, perdet eam, et qui perdet eam, uiuificabit eam. Est igitur uxor Loth imago omnium, qui praesentis uitae suauitates et commoda, uerbo Dei et pia confessioni anteferunt. Ita Christus inquit Luc. 9. Qui



ad mouet manum suam aratro, & respicit à tergo, non est idoneus ad regnum Dei, hoc est, Qui semel relinquit impietatem, ac huius uitæ uoluptates ac commodas, & uerbum Dei fide amplexus est, postea autem imminentibus periculis, quæ fidem comitantur, poenitentia amissorum ductus, redit animo ad priores uitæ suauitates, Is nunquam erit heres Regni Dei.

Ita hoc loco Angelus Lotho præcipit, Ne respiciat à tergo, hoc est, ne afficiatur desiderio commodorum, quæ relinquit, sed in Deo acquiescat, & in proposito iuxta mandatum Dei suscepto constanter ἕως ἡμετέρας in perseueret. Quæ uoce etiam non de Legibus Plato utitur. τὰς δὲ καὶ σωστικὰς φεῦγε ἡμετέρας.

Scribitur autem uxor Loth uersa esse in statuam Salis, hoc est, in cumulum uel ingentem lapidem, qui esset perpetuum punitæ incredulitatis testimonium, ut Nume. 18. Pactum Salis uocatur perpetuum & eternum.

## VIII.

# DE INCESTA consuetudine Lothi cum filiabus.

Diligenter discernenda sunt genera peccatorum. Alij scientes & uolentes seu ἐκ προαίρεσιν  
α     ζ     consulto



consulto & cogitato sceleribus indulgent, Alij na-  
 ἐκ ἀγνοίας sed nolentes & ignorantes labo-  
 tur, ut Loth in magno animi dolore & ingenti per-  
 turbatione cum largius bibisset, incesto concubitu  
 polluitur, Item antea in perturbatione animi cap-  
 consilium minus honestum, uolens filias prostituere  
 Sodomitis.. Nam eger animus semper errat. Mon-  
 autem nos hi summorum uirorum lapsus de ingen-  
 nostre nature infirmitate, & de emendanda seueri-  
 tate, & deponenda fiducia nostri, & petenda ac ex-  
 pectanda gubernatione diuina.

Irenæus lib.4. Allegoriam satis concinnam tra-  
 cit, uidelicet Semen æterni Patris, id est, λόγος, per  
 quæ facta sunt omnia, cōmixtum et unitum esse popu-  
 lōi suo, Per quam commixtionem duæ Synagoga  
 Iudæorum & gentium, id est, duæ filiae fecundatae  
 sunt, ut fructificarent ex patre filios uinos uini  
 Deo.

## CAPVT

## XX.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Exilijs Ecclesiæ omnium  
 temporum.



- II. *Discrimen inter peccata Ignorantiae & ἐκδόσις.*  
 III. *Testimonium de pluribus personis Diuinitatis.*  
 IIII. *Exemplum Regulæ: Peccatum non remittitur, nisi ablatum restituatur.*  
 V. *De Intercessione Sanctorum.*

## I.

## EXILIA Ecclesiae.

VT Abraham in Palestina et uicinis regionibus sine certa sede uagatus est: Sic omnibus temporibus Ecclesia in mundo uelut Hospes & exul uersatur, nec ullum habet firmum & perpetuum domicilium, ut Ebræ. 13. dicitur. Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Monent autem hæc exilia nos de primo exilio generis humani ex Paradiso, & hortantur ut cœlestem patriam spectemus, in quam nobis Filius Dei, pro nobis exul in hoc mundo factus, reditum iure postliminij consecit.

a s GERA



GERARA oppidum, ubi Abraham & Isaac peregrinati sunt, in extremis finibus Palestinae, ad meridiem, situm est, & duobus miliaribus ab Hebron. Significat autem גרר peregrinationem, Vnde etiam Germanos dictos esse quasi peregrinos, aliqui putant.

## II.

DOMINE, NUM GEN-  
tem ignorantem interficies?

Execrandum est in Ecclesia paradoxon Stoicum, quod affirmat omnia peccata paria esse. Nam Deus ipse discernit lapsus uoluntarios ab ijs, qui ignorantia probabili Sanctis interdum accidunt, Vnde Deus ipse hoc loco, Sanctum Regem Abimelech propter probabilem facti ignorantiam excusat. Et congrue Xenophontis dictum ὅτι οἱ ἀγνοοῦντες ἀνθρώποις ἐπιμαρτυροῦσι ταῦτα ἀνέστω, ἐγὼ νομίζω, Hoc est, peccata ignorantie iudico inuoluntaria esse. Vnde illud Thucydidis ἐν γένει τοῦ ἀνέστω.

## III.

Testimonium de pluribus personis Diuinitatis illustre in hoc Capite extat. Nam nostra uersio habet (Postquam autem eduxit Deus de domo patris mei) in Ebraeo haec uerba leguntur הִתְעַר אֵתִי אֱלֹהִים Hitheu Othi Elohim.



Hoc est, Errare me fecerunt Dij, seu eduxerunt me Dij. Nam & nomen (Dij) & uerbum (eduxerunt seu fecerunt errare) sunt pluralis numeri. Cum autem Dominus Deus noster unus sit Deus, sequitur plures in una essentia diuina personas esse.

## IIII.

PECCATVM NON  
remittitur, nisi ablatum re-  
stituatur.

Verissima est Regula, Peccatum non remittitur, nisi ablatum restituatur. Nam qui contra conscientiam retinet uel furto ablatum, uel coniugem alteri ereptam, is non abiicit propositam peccandi, nec habet ueram contritionem. Estq; hæc restitutio ablati uel satisfactio, opus à Deo mandatum & debitum, & pars contritionis. Nec patrocinator canonicis satisfactionibus Monachorum, quas definierunt esse opera indebita seu non mandata, quæ mereantur remissionem poenarum purgatorii, & aliarum temporalium. Hic tota doctrina de Satisfactione repetitur.

## V.

DE INTERCESSIONE  
Sanctorum.

Non dubium est Sanctos & in hac uita & in  
eterna



æterna orare pro tota Ecclesia, & singulis membris.  
 Vt hic Abraham orat pro Abimelech, & liberationem ex pœna ipsi impetrat, & quotidie in Ecclesia solent fieri preces pro Magistratibus & ceteris ordinibus. Sed hinc non sequitur Sanctos tuos inuocandos esse. Nam inuocatio absentis tribuit omnipotentiam inuocato, & est cultus soli Deo tribuendus, ut dicitur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, ut in doctrina de inuocatione copiosius dicitur.

## TEXTVS.

Vere Soror mea est.) uel Neptis ex fratre meo Aran, qui eundem mecum patrem, uel Thare habuit, sed non eandem matrem, uel filiam tris mei adoptiua, ut Lutherus infra capite enarrat.

Hoc erit tibi in Velamen.) Sic uertendum est. Certè ipse est in uelamen oculorum tibi & omnibus tuis, id est, Abraham est protector patris tui, Quicumque scit te ipsius uxorem esse, aueriet oculos à te, & ab ancillis tuis.

CAPVT  
XXI.

LOCI PRÆCIPVI.



- I. *Doctrina de finibus miraculorum.*
- II. *De discrimine Veteris & Noui Testamenti, quod Paulus Gal. 4. imagine duarū uxorum Abrahamæ illustrat.*
- III. *De Ecclesia, quid sit, & quomodo propagetur, ex cap. 9. ad Romanos.*
- III. *De miranda defensione piorum in periculis.*
- V. *De Iuramentis & Fœderibus, An homini Christiano, concessa sint.*

## I.

DE FINIBVS  
Miraculorum.

Partus Sara anus effœta ac sterilis, & omnia  
miracula quæ contra usitatum naturæ ordinem  
à Deo



à Deo in Ecclesia fiunt, quinque præcipuos finiebent. Sunt enim testimonia.

1. Patefactionis diuinæ.
2. Certitudinis doctrinæ à Deo tradite.
3. Libertatis & omnipotentia diuinæ.
4. Promissionum diuinarum, quod sint certæ, immutabiles & immotæ.
5. Fidei, de qua inquit Epistola ad Ebræos. 11. In fidem Sara uim concipiendi & retinendi seminis cepit, & præter ætatis rationem peperit, quia uicem iudicabat eum, qui promiserat. Nos igitur exemplo commonefacti nobis quoque promissiones diuinas fide applicemus, nec dubitemus eorum certò responsurum esse, etiamsi cum uisitato ueritatis causarum secundarum pugnare uideantur.

## II.

## DE DISCRIMINE Veteris & Noui Testamenti.

Galat. 4. splendidissimè illustrat Paulus doctrinam de discrimine Veteris & Noui Testamenti. Allegoria duarum coniugum & filiorum Abraham, quiens, Abraham habuit duos filios, Vnum ex legitima natus secundum carnem, Alterum ex libertate secundum promissionem. Hæc per Allegoriam duorum Testamenti significant, Alterum à monte Sina in salutem generans & c. Nos autem secundum promissionis filij sumus. Sed quid dicit Scrip-



Eijce ancillam & filium eius, Non enim erit heres  
&c. Proinde fratres non sumus ancillæ filij sed libe-  
re. Repetatur autem hoc in loco tota doctrina de  
discrimine Veteris & Noui Testamenti, seu de dis-  
crimine Legis & Euangelij.

Testamentum in genere est promissio morituri  
nuncupantis sua bona heredibus.

Vetus Testamentum est promissio politiæ cum  
obligatione ad seruandam Legem per Moysen tra-  
ditam: Vel est pactum, quo populus Israël ad Le-  
gem, & hanc politiam obligabatur.

Nouum Testamentum est promissio Euangelij, in  
qua remissio peccatorum, Spiritus sanctus, iusticia  
& uita æterna propter Christum gratis exhiben-  
tur, non propter Legem.

Vt igitur Agar ancilla gignit seruum Ismaëlem,  
qui non est heres bonorum Abrahamæ, Sara autem li-  
bera iuxta promissionem gignit Isaac heredem A-  
bramæ: Sic Lex facit seruos peccati & mortis, et ne-  
quaquam dat hereditatem uitæ æternæ. Euangelion  
autem liberat à peccato, ira Dei & morte, ac donat  
credentibus nouam & æternam lucem, sapientiam,  
iusticiam, uitam, leticiam, & omnia bona, quæ filius  
Dei testator nobis legauit, & suo sanguine ac morte  
obsignauit.

## IIII.

DE MIRANDA DE-  
fensione piorum.

Vt



Vt Ismahel orbatus patre, & postea abieci-  
matre, et omnium creaturarum presidio destitutus  
tamen diuinitus conseruatur: Sic omnes pii a paren-  
tibus & amicis coniunctissimis deserti, & tota Ec-  
clesia, ope precipuorum gubernatorum orbati, a  
ipso Deo mirabiliter defenditur. Vt hæc dilectissimi  
dicta ostendunt. Ioh. 14. Non relinquam uos orphano-  
nos. Esai. 49. Nunquid obliuisci potest mater mi-  
serum suum, ut non misereatur filio uteri sui. Quod  
illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar. Ierem.  
26. Pater & mater dereliquerunt me, Dominus au-  
tem assumpsit me.

V.

## DE IURAMENTIS & Fœderibus.

Cum omnes politicæ ordinationes pijs conueni-  
ent, manifestum est iuramenta etiam, quæ uel im-  
ponente Magistratu, uel cogente uocatione fiunt, iura-  
menta esse. Vt dicitur Deut. 6. Dominum Deum tuum ad-  
iurabis, & per nomen illius iurabis.

Fœdera etiam approbat Deus, etiamsi diffiden-  
tiam erga se et fiduciam humanorum presidiorum  
& πολυπράγμων, quæ cum Fœderibus con-  
iuncta est, seuerissimè damnat. Et plerumque in fœ-  
deribus homines incitati stultis spebus, & nitentes in-  
luntatibus & auxilijs sociorum tanquam certissimis  
presidijs, mouent res iniustas uel non necessarias.



quibus exitium sibi accersunt, aut ex sociorum uoluntatibus pendentes, alienorum furorum poenas luere coguntur. Ideo sapientes gubernatores foederibus libenter abstinent. Et Isocrates dicit, Firmissima foedera esse τὰ δ' ἰσχυρὰ πρὸς θεῶν. Talium enim Deum esse confederatum ac socium.

## TEXTVS.

Ludentem cum filio Isaac.) In Ebreo est, Vidit cum illudētem seu derisorem esse Saræ & Isaac.

In Isaac uocabitur tibi Semen.) Id est, Nati ex Isaac dicentur Semen Abrahamæ, non Ismaëlitæ.

Abiecit puerum super unam arborem.) Ieronimus ad Damasum inter indissolubilia recenset, quod in hoc Capite Agar Ismaëlem tanquam latentem & puerum ulnis gestat cum annos 18. & amplius eo tempore natus fuerit.

Bersabee.) Id est, fons septem, scilicet agnarum, Vel fons iuramenti. Nam eadem dictio שבע signi-  
ficat septem & iuramentum. Fuit autem Bersabee, limes Palestinæ uersus meridiem & occasum. Et ab-  
fuit à Ierosolyma decem milliaribus.

CAPVT  
XXII.

De Immolatione Isaac.

b LOCI.



I. Immolatio Isaac unigeniti filij Abrahæ, est imago & typus Immolationis filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, quem æternus Pater pro toto genere humano uoluit in ara Crucis mactari. Ac ex hoc aperte sumpta sunt uerba in dictis Ioh. 1. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. 1. Ioh. 4. Deus dilexit nos, & misit Filium suum unigenitum propitiationem pro peccatis nostris, ut nos uiuamus per eum. Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Hic tota doctrina de filio Dei, de Sacrificio & de beneficijs Christi, de Applicatione seu Iustificatione cogitanda est.

II. Exemplum ingentis fidei Abrahæ, ante scriptis mandatum Dei sue storgæ erga unigenitum suum.

III. Repetitio promissionis de Christo, quæ præest totius doctrinæ Euangelij. In Semine tuo benedicentur omnes Gentes Terræ.

IIII. Exemplum dicti Pauli, Fidelis Deus qui non sinit nos tentari supra uires, sed dat cum temptatione exitum, ut sufferre possimus. Ut enim Abraham summis angustijs uersanti, Deus uelut Deus auxilium præstare opitulatur, & tentationi ipsius exitum operatur salutarem tribuit. Sic nos quoque cum durissime premimur, et omnibus humanis consilijs ac præsidijs



stituti sumus, sciamus proximè nobis adesse Deum, et bonos ac placidos euentus monstraturum esse. Vt Philo agens causam suæ gentis apud Caligulam, in summo periculo dicebat, Necesse est, prope esse diuinum auxilium, cum omni humano auxilio destituti simus.

V. De obedientia Abrahæ, & de præmijs bonorum operum.

VI. De κακοζήλια, hoc est, praua imitatione Exempli Abrahæ.

## II. Locus.

### EXEMPLVM FIDEI Abrahæ.

Ad Ebraeos Cap. 11. dicitur. Fide Abraham tentatus obtulit Isaac & unigenitum obtulit, qui promissiones acceperat, ad quem dictum erat, In Isaac uocabitur tibi Semen, cogitans quod ex morte possit Deus suscitare, unde illum etiam reduxit, ut esset similitudo immolandi & excitandi Christi &c. Considera autem quantam luctam sustinuerit, & quam sauis dubitationum procellis concussa sit mens Abrahæ intuens in mandatum Dei de mactando filio. Videbatur enim mactatio Isaac omnes promissiones de Semine & posteritate antea traditas conuellere & labefactare. Deinde ut in heroicis naturis σοφῶν sunt expressissimæ, sic non dubium est ardentem ἑλπίαν fuisse Abrahæ erga filium unigenitum

b a c



& charissimum. Ac in primis digna consideratio est Emphasis et Incrementum in mandato Dei. (Tolle filium) non pecudem, agros, domum, quam hęc quoq; durum est amittere. (Tuum) non alienum, non priuignum. (Unigenitum) tolerabile enim iactura fuisset, si plures alios habuisset. Quia diligis) filium non tibi inuisum propter contumaciam uel alia scelera, sed ardentem à te amatum. Isaac) de quo data est promissio. In Isaac uocatur tibi Semen &c. His arietibus concussus pectus optimi patris, cogitemus quantos dolores & cruciatus sustinuerit. Sed his omnibus Abraham offert mandatum Dei & obedientiam Deo debentem, & suo exemplo nos omnes monet, ut in omnibus articulis fidei, ueritatem & potentiam Dei, nostre rationi anteferamus, & in solo Dei uerbo adquelesamus.

### III. Locus.

*Per memetipsum iuraui dicit Dominus.*

Promissio de Christo tradita Abrahe supra in Capite 12. utcumq; enarrata est & euoluta in omnibus locis, qui ferè summam totius doctrinae Christianae continent. Nunc duo Pauli dicta recitabo, quibus hanc promissionem explicat & illustrat.

Gal: 3. CHRISTVS nos redemit à maledictione Legis, dum pro nobis factus est maledictio



ut in Gentes benedictio Abrahæ ueniret per Christum Iesum, ut promissionem Spiritualem acciperemus per fidem. Fratres secundum hominem dico, Homini licet Testamentum, tamen si sit comprobatum nemo reijcit aut addit aliquid. Porro Abrahæ data est promissio & Semini eius. Non dicit in seminibus tanquam de multis, sed tanquam de VNO, & IN SEMINE TVO, QVI EST CHRISTVS &c.

Ad Ebræos 6. Iusiurandum, quo hanc promissionem Deus hoc loco confirmat, hisce uerbis exponit, Deus promissionem tradens Abrahæ, cum non posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per se ipsum. Nam homines quidem per eum iurant, qui sit maior, atq; iisdem omnis controuersie finis est iusiurandi confirmatio. Quare Deus cum eximie uellet heredibus promissionis ostendere firmitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non posset, ut mentiretur Deus, ualidam consolationem haberemus, qui huc confugimus, ut potiamur proposita spe, quam uelut ancoram tenemus &c.

## V.

## DE PRÆMIIS Obedientie Abraham.

Supra Capite Quarto recitata est Summa doctrina de Noua obedientia seu bonis operibus. Ut

b 3 autem



autem Abrahæ obedientia hoc loco ornatur ingentibus præmijs, uidelicet promissione posteritatis certi loci seu regni, quod esset hospitium Ecclesiæ & locus nascentis Mesiæ, Sic certum est in omnijs pijs bona opera, cum fide propter Mediatorem Deum placeant, mereri præmia spiritualia & corporalia & in hac uita & æterna, ut 1. Tim. 4. dicitur: Pius habet promissiones præsentis & futuræ uitæ.

Sed tamen illud firmissimè retinendum est, propter solum filium Dei Mediatorem, & non propter ulla bona opera dari Abrahæ & omnibus credentibus remissionem peccatorum, iusticiam & uitam æternam, ut Rom. 4. & Gal. 3. prolixè confirmatur. Rom. 4. Quid igitur dicemus Abraham patrem nostrum inuenisse secundum carnem. Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur. At non apud Deum &c.

Hæc enarratio Pauli, in toto Capite Rom. 4. & Gal. 3. conuincit in illo Iacobi dicto (Abraham factis iustificatus est, cum obtulisset Isaac filium suum super altari) iustificari idem esse quod declarari seu ostendi iustum. Obedientia Abrahæ offerenti filium fuit indicium ueræ & efficacis fidei in corde Abrahæ. Quod si de iustificatione personæ coram Deo illud Iacobi accipietur, tota doctrina Euangelii quæ in Euangelio Iohannis & Paulo præcipue illustrata est, & tota hæc promissio de Semine funditus euertetur.

Dilige



Diligenter igitur in hoc Capite discernantur  
due promissiones, Altera Corporalis, quam aliqua  
ex parte meretur obedientia Abrahamæ. Altera Spiri-  
tualis de Semine Christo, quæ non est propter obe-  
dientiam Abrahamæ patefacta, sed est arcanum decre-  
tum Trinitatis per Filium ex sinu æterni Patris gra-  
tuita bonitate & misericordia prolatum.

## VI.

De κακοζυλία, hoc est, praua imitatione  
exemplorum.

Plurimum in uita peccant homines κακοζυλία,  
qua etiam bona exempla non rectè imitantur. Sic  
Gentes & Iudæi exemplum Abrahamæ intuentes, &  
suos filios idolis obtulerunt, & alij humanis hostijs  
literarunt, ut historiæ ostendunt.

4. Reg. 3. Rex Moab in summo periculo filium  
suum primogenitum obtulit holocaustum super mu-  
rum.

4. Reg. 16. & 21. Ahas & Manasses suos filios  
Idolo Moloch consecrantes, comburunt.

Ezech. 23. Filios suos, quos genuerunt, idolis im-  
molarunt.

Sic Agamemnon filiam Iphigeniam mactat in  
Aulide.

Alexander in aditu Asiæ litat humanis hostijs,  
cuius exemplum postea imitatus est Iulianus Apo-  
stata. Sciamus autem non exemplis sed legibus seu  
prece-



præceptis iudicandum esse, & ea tantum facta iudicanda esse, quæ cum communi mandato diuino congruunt, ut utilissima Regula sæpè repetitur. Omnia exempla piorum, diuinitus comprobata & congruentia ad Regulam, imitanda sunt pro cuiusque uocatione.

## NOMINA PROPRIA

### XXII. CAPITIS.

Vade in Terram Visionis) Ebræi fontes habent in Terra Moria. Fuit autem Moria, mons, in quo postea mœnibus urbis Ierosolymæ, supra quod Templum à Salomone edificatum est. Et cœpit Salomon edificare domum Domini in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri eius, in loco quem parauerat Dauid, in monte Hornan Iebusei.

מִרְיָה Id est, timor Dei, seu cultus Dei, à מִרְיָה In monte Dominus uidebitur) Id est, Christus apparebit & conspicietur.

Nachor) נָחֹר requies lucis.

Melcha, id est, regina.

Hus) הוּס Id est, consilium.

Buz) בּוּז contemptus.

Chamuel) חַמּוּאֵל assurgite Deo.

Caseth) כַּסֶּתh prædo, à כָּסַדh uel à כָּסַדh manu.

Azau) אַזָּו uidens eum, à אָזָה.

Pheldas) פֶּלְדָּס ruina trituran- tis, à פֶּלֶס.



ledlaf ידלת stillabit.  
Bathuel בתואל filia Dei, uel desolatio, א בתח.  
Rebecca רבקה multum expectata, desiderata.  
Roma רומה Reuma, id est, uidete aliquid.  
Thabee טבח uictima, mactatio.  
Gaom גחם eduxit eos, א גוח.  
Thaas תחש Taxus.  
Maacha מאכה atterens, comprimens, א מער.

C A P V T  
XXIII.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. De luctu Abrahæ deflentis mortem Saræ.
- II. De Ceremonijs funerum & sepulchri.
- III. De Emptione.

*I.*

AN MORTUI  
sint lugendi?

Indidit Deus pectoribus humanis sophiæ, quæ  
b s accen.



accendant, ut nostros diligamus, secundis eorum  
 bus letemur, aduersis doleamus, et præcipuo eorum  
 desiderio afficiamur. Quare pium & Deo gratum  
 officium est lugendi mortuos, si moderatio digna  
 mune Christiano adhibeatur, quam 1. Thess. 4. Paulus  
 describit, Lugete, inquit, dormientes, non sicut  
 ri, qui nullam spem habent immortalitatis & resur-  
 rectionis. Si enim credimus, quod IESVS mortuus  
 est & resurrexit & c. Sic Abraham obitum charis-  
 simæ coniugis suæ Saræ deflet & lacrimis spem  
 perfusa fidelibus ossa.

## II.

CEREMONIÆ  
 funerum.

Pius & perpetuus Ecclesiæ ritus sunt funeris  
 remoniæ, ideo à primis patribus institutæ, & cum  
 studio in Ecclesia semper conseruata, ut de morte  
 de miserijs humanis, de earum causis, de iudicio Dei  
 de Christi beneficijs, de immortalitate & uitæ æter-  
 na se pii commonefaciant, & uitam suam Deo com-  
 mendent. De his causis plurimæ extant gratissimæ  
 commonefactiones in intimationibus Philipp.

Loca etiam sepulchrorum, quæ conseruata sunt  
 carunt propter spem resurrectionis templis admi-  
 ra, & religiose semper à pijs conseruata sunt. De  
 Saræ, Abraham, Iacob & c. locus sepulture fuit He-  
 bron, quasi ut expectarent corpora in eo ipso loco



uite restitutionem, ubi promissio de liberatore uenturo edita erat.

## III.

## DE EMPTIONE.

Cōtractus sunt res honestæ, et Dei ordinationes, humano generi traditæ, non tantum propter usus uite necessarios, sed etiam, ut de Deo nos commune faciant. Et enim in cōtractibus seruanda est Arithmetica equalitas, quam iusticia commutatiua requirit: Sic Deus cum sit iustus, uere est æqualis erga omnes equaliter sese habentes iuxta unam normam quam proposuit, uerè recipit omnes confugientes ad filium, reijcit omnes contemnentes filium &c.

Ostendit aut hęc descriptio Emptionis Abrahæ, quanta grauitate sapiens antiquitas contractus exercuerit. Contrahit. n. Abraham in publico loco, in porta seu curia, adsistentibus plerisque ciuibus, data et accepta utriusque stipulatione, & numerato precio, uidelicet 400 Siclis, qui efficiunt nostræ monetæ ducentos aureos Rhenanos, uel 160 Coronatos.

Nam unus Siclus quatuor drachmas seu denarios continebat. Iam una drachma apud nos ualet quatuor solidis Lubecanis, quorum 32 efficiunt aureum Rhenensem.

Exod. 30. precipitur filiis Israël, ut singuli quotannis dimidium Sicli, hoc est, quartam partem aurei Rhenani ad conseruationem ministerij & Templi conferant.

CAPVT



CAPVT  
XXIII.

## LOCI PRÆCIPVI.

I. Doctrina de Coniugio.

II. Quod ad parentum curam & officium pertineat, prospicere liberis de honesto & commodo matrimonio, & quod sponsalia debeant fieri consensu & uoluntate parentum, ut dicitur, Honora patrem & matrem. 1. Cor. 7. Qui elocat rectè facit. Et Ambrosius hanc Rebecca historiam enarrans, postulat consensum parentum, & citat ex Andromache Euripidis uersiculos, qui Hermione Oresti petenti comitatus respondet:

Νυμφονμάτωρ μὲν πῶς ἐμῶν πατὴρ ἐμῶν  
 μέγιστα ἔξα ἢ οὐκ ἐμὸν σκοπεῖ τὰδε. Hoc  
 Sponsaliorum meorum pater meus  
 Curam habebit, & non est meum statuere hoc.

Et Textus in iure civili inquit, in Insti. Tit. de Nuptijs, Si filij familiarum sint, consensum habere parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc debere & civilis & naturalis ratio suadet, inquit, ut iussus parentum præcedere debeat. Ex hac materia grauisimum Lutheri scriptum, quod studiosi legant.



*Pone manum tuam subter femur  
meum.*

### III. De Iuramento & ritu Iuramenti.

Perpicuum est pijs concessum esse, ut petant et dent iuramentum ἑπαικτορ. Iurat autem Seruus attin- gens lumbos Abrabæ, significant, se sue orationis te- stem facere uenturum semen Christum, qui ex lum- bis Abrabæ oriturus erat. Sic enarrat Hieronymus lib. 1. contra Iouianum. Adiurat seruus in femore suo, hoc est, in Christo, qui de eius semine erat na- sciturus.

Nos duobus digitis in cœlum erectis iuramus, Quia in ore duorum aut trium stat omne testimo- nium. Inuocamus uerum Deum, ut adsit inspector & testis nostri sermonis & actionum, & fallentes seuerè puniat.

*Ipse mittet Angelum suum  
coram te.*

### IIII. De ministerio Angelorum.

Psal. 91. Angelis suis mandauit, ut custodiant te in omnibus uijs tuis.

V. Coniugium suscipi debet cum ti- more & inuocatione Dei, ἡρωπὶς θεῷ γὰρ οὐδὲν ἐντυχῆ, id est, Sine Deo nihil fœliciter suc- cedit.

VI. Exem-



VI. Exemplum Virginis pudicæ, ingeniosæ & officiosæ.

VII. Rebecca celeriter deponens hydriam monet Beneficia tempestive & citò danda esse, iuxta dicta, Bis dat, qui cito dat. Item, Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.

VIII. Exempla hospitalitatis & Beneficentiæ.

IX. De Officio & Fidelitate servorum mandata studiose & diligenter exequentium. Ephes. 6.

X. Sponsalia non sint clandestina publica, et accedat consensus parentum & ipsius puellæ sponsæ.

XI. Conuiuium nuptiale & Moderata.

XII. Servus non procrastinat, nec in omnibus negocijs notificationis obeundis præstandam assiduitatem, iuxta uersus Hesiodi, μήτ' ἀνδρὶ λείδης' ἀνγιοπέσ' ἐννεοίρ. Et Alexander Magnus interrogatus qua ratione potissimum tota Asia titulus esset, respondit μηδὲρ ἀναβαλλόμενος.

Monet item gratam esse in nuncijs celeritatem, odiosam tarditatem, iuxta dictum Proverb. 1. 6.



acetum dentibus & sumus oculis, Sic piger his qui  
miserunt eum.

XIII. De Verecundia Rebeckæ tes-  
gentis se pallio.

XIIII. Isaac egressus est ad meditan-  
dum, seu ut Onkelus uertit, ad orandum in  
agro sub uesperam. Monet hæc historia, quo-  
tidie certa tempora recitandis precationibus & pijs  
meditationibus tribuenda esse.

XV. De storgis & amore mutuo in-  
ter coniuges, qui est imago amoris mu-  
tui inter Christum & Ecclesiam.

### TEXTVS.

Mesopotamiam.) eo quod medio sit inter duo flumi-  
na Tygrin & Euphraten.

Inaures aureas.) ein güldin borten, semicirculus ab  
una aure ad alteram pertingens.

Siclos duos.) Id est, aureum Rhenensem.

Laban.) לבן candidus.

Rebecca.) רבקה multum expectata, à קרה uel  
multum patiens.

Delbora.) דלבורה Apis. Vxor sit similis apicule.

CAPVT



## CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Digamia.
- II. Testimonium de Immortalitate anime, Resurrectione mortuorum & Vita æterna, & De Sinu Abrahæ.
- III. De Prædestinatione.
- IIII. De vëditione Primogeniti.

## I.

## DE DIGAMIA.

**E**xemplum Abrahæ ducentis aliam uxorem Cothuram, monet concessas esse omnibus pijs secundas nuptias, quæ Rom. 7. & 1. Corinth. 7. à Paulo expressis uerbis probantur. Disputant autem alij Paulum 1. Tim. 3. Cum iubet elegi Episcopum uxoris uirum, prohibere Sacerdotibus ne prioris defunctis alteras ducant. Horum perspicuam resolutionem legant studiosi in Propositionibus 137. quæ extant in I. Tomo operum Lutheri, pag. 381.



## II.

## DE IMMORTALITATE

*Animæ & Vita æterna.*

Diligentiſſimè expetenda eſt forma uerborum, qua Moſes de Abraham mortuo utitur. Congregatus eſt ad populum ſuum. Docet enim Animas piorum non diſſipari ut pecudum animæ euanescunt, Sed congregari & colligi ad populum ſuum, hoc eſt, in cœtum beatæ Eccleſiæ. Hinc uerba Eſaiæ cap. 56. ſumpta ſunt. Viri ſancti colliguntur, & nemo eſt qui conſiderat. Antequam ueniat calamitas colliguntur iuſti, & ueniunt in pacem, & requieſcunt in cubilibus ſuis, quia rectè ambulauerunt. Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.

Teneant autem Studioſi in hoc loco piam & ſimplicem ſententiam, de ſede & ſtatu animarum poſt hanc uitam. Cum enim animæ piorum uiuant poſt mortem, & colligantur ad populum ſuum, neceſſe eſt, aliquod receptaculum eſſe, in quo expertes omnium malorum & beatæ uerſentur, donec ſtatuto tempore in uetus domicilium corporis renouati redeant. Id hoſpitium excipiens animas poſt mortem uarijs nominibus in Scriptura appellatur. Lucæ 16. Simus Abraham, id eſt, congregatio ſeu cœtus omnium piorum, qui fide promiſſionis traditæ Abraham ſalati ſunt, Luc. 23. Paradifus, Sap. 3. Manus Dei. Gene.



42. & alibi *hanc* quod non significat locum d*omi*  
natorum, sed locum proprium beatæ Ecclesiæ, &  
omnium electorum ad uitam eternam.

Hac generali explicatione, quæ plaus & scri  
pturæ consentanea est, contenti simus, nec curio  
speciem inquiramus, sed fide obtemperemus Deo  
euocanti nos ex huius uitæ miserijs, & monitu  
portum, in quo suauissimè acquiescimus & quie  
scimur.

Cum autem animæ piorum uiuant, & soluta  
ta, cumq; uita & beatitudo in actione consistat,  
certò nobis persuasum sit, Animas piorum a corp  
ribus segregatas non ignauum ocium agere, sed per  
conspicuum & sermonibus Dei, ac letas Deo gratia  
agere pro liberatione ex miserijs, & porta quæ  
consecutæ sunt, & pro tota Ecclesiâ ardentissimè  
precari, ut Luc. 9. Moyses & Helias colloquuntur  
cum Christo de ijs, quæ euentura erant.

### III.

## DE PRÆDESTINATIONE.

Paulus Rom. 9. disputans, quæ sit uera Ecclesiæ  
Dei, & quomodo constituatur ac propagetur diuina  
electione, uocatione, & uoce Euangelij per apostoli  
ricordiam propter Filium, citat huius Capituli testi  
monium. Rebecca, cum ex uno Isaac patre m*ultos*  
gratiam



grauida esset, nondum natis liberis, cum neq; boni quippiam fecissent, nec mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, Maior seruiet Minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid igitur dicemus? Num in iusticia est apud Deum. Absit. Dicit enim Mosi, Miserebor cuiuscunq; miserebor. Non igitur est uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei.

Cum autem plurimum prosit explosis furoribus Stoicis mentes piorum recte de hac tota disputatione instrui, breuiter summam & precipua capita doctrine de electione, quam ex uerbo Dei, & preceptoribus meis, Philippo & Victorino didici, recitabo, ut pia, uera, simplex, Deo grata, & conscientie salutaris sententia & consolatio retineatur.

PRIMO discernatur uocabulum Electionis seu Predestinationis, à uicinis, ut Præscientia, Iustificatione, Dispositione, Scientia.

Electum aliàs significat sincerum, natium, non hypocriticum. Hic significat certo Dei consilio ordinatum ad uitam eternam.

Præscientia, προγνωσις, est actio mentis diuine, qua omnes res, bonas uel malas, presentes uel futuras cernit & prospicit.

Prouidentia, προνοια, simul complectitur præuisionem, & sustentationem & conseruationem nature à Deo condite.

c a Iustifi-



Iustificatio est applicatio Electionis ad hominem  
adsentientem Euangelio, per quod eligit Deus  
uitam eternam.

Dispositio est faciendorum.

Scientia, Omnium presentium, praeiteritorum  
futurorum, bonorum, & malorum. Vide in Ma-  
stro sententiarum lib. 1. dist. 35. 38. 40.

SECUNDO. Definitio sit in conceptu  
Predestinatio seu Electio est actio Dei  
qua ab aeterno ex misericordia propria  
Filium per praedicationem Euangelij  
eligit ex genere humano Ecclesiam  
atque ita singulos in fide perseverantes  
quibus in omni aeternitate suam sapi-  
entiam, iusticiam, uitam, & laeticiam  
communicet, & a quibus uicissim cele-  
bretur.

TERTIO. Quatuor sunt fontes, ex quibus  
Electionis cognitio haurienda est.

1. Verbum diuinitus traditum per Prophetas  
Apostolos, non humana sapientia. 1. Corint. 1. Epistolae  
Deut. 30. Rom. 10.

2. Promissio Euangelij gratuita & uniuersalis

3. Iusticia dei seu aequalitas erga omnes iuxta  
mam, quam tradidit, DEVS enim non est ingratulus  
πλητὶς.



4. Veritas Dei, qui est & uoluntatem suam de Electione perspicuo uerbo & misso filio declarauit. Ioh. 6. Hæc est uoluntas æterni Patris, ut omnis qui uidet Filium, & credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

QVARTO. Ex his quatuor fontibus firmissimè asseueramus. Eligi ad uitam æternam omnes, qui Euangelio credunt, & confugiunt ad Filium Mediatorem, et discedentes ex hac uita in fide perseverant.

Econtra reijci ac damnari omnes, qui aspernantur filium Mediatorem, & sine pœnitentia & fide ex hac uita discedunt.

Quod autem Electio quantum ad Dei uoluntatem in uerbo declaratam attinet, non sit particularis, sed omnes homines ad uitam æternam eligantur, & quod nemo fatali lege reijciatur, Sed singuli sibi ipsis causa sint æterni exitij, sequentia testimonia & argumenta demonstrant.

1. Iohan. 6. Hæc est uoluntas æterni Patris, ut omnis qui uidet Filium, & credit in eum, habeat uitam æternam.

2. Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Item, Qui credit in filium Dei, habet uitam æternam. Qui uero non credit in Filium, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.

c 3 3. Ioh.



3. Ioh. 6. Omnis qui audit & discit à Patre, uenit ad me, & uenientem ad me non eijciam foras.
4. Apocal. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.
5. Apocal. 2. Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ.
6. Mandatum uniuersale est, quod præcipit ubi Filius, & credi Filio, Hunc audite. Osculamini Filium.
7. Promissio Euangelij est uniuersalis. Sicut enim pro peccatis omnes arguit. Conclufit scriptura omnes sub peccatum, ut omnium misereatur. Ioh. 3. Rom. 3. 10. Act. 10.
8. Iusiurandum Dei, quo affirmat neminem se esse legem condemnari, sed unumquemq; sibi esse culpam æterni exitij. Ezech. 33. Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.
9. Iusticia Dei, id est, æqualitas erga omnes æquales se habentes, iuxta normam quam proposuit. Omnis qui credit in Filium habet uitam æternam. Qui autem non credit, iam condemnatus est. Act. 10.
10. Non est περισσολογία.
10. Idem est consilium Redemptionis & Electionis. Persoluit autem filius Dei sufficiens ὁλοκαύτω pro omnibus hominibus sine ulla exceptione. Ioh. 1. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ioh. 2. Et propiciatio pro peccatis totius mundi.
11. 1. Tim. 2. Deus uult omnes homines saluos fieri, & uiam



ri, vnus est Deus, & vnus Mediator Dei & hominum, Homo Iesus Christus, qui dedit semetipsum & vultu pro omnibus.

12. Congruit etiam donatio Spiritus sancti & vite eterne. Ideo enim Spiritus sanctus effunditur in pios, ut corda eorum cum Deo copulet, & initia vite eterne in eis accendat.

Iohelis 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & omnis qui inuocauerit nomen Domini, alius erit.

QVINTO. Causa Electionis προνοια, quoniam est sola misericordia & bonitas Dei, qua motus est, ut suam sapientiam, uirtutem, & beatitudinem Angelis & hominibus electis liberali pectore uellet communicare. Rom. 9. Non est uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei.

προκαταληξις seu Impulsiva exterior est non meritum nostrum, sed filius Dei, qui sua intercessione & obedientia Ecclesie eternam felicitatem impetrauit, ut Ephes. 1. dicitur. Elegit nos in Christo antequam iacerentur fundamenta mundi. Item, Dilexit nos in dilecto. Item Ioh. 1. Ex plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, id est, diligimur a Deo, & recipimur in gratiam propter Dominum nostrum Iesum Christum, qui est in gratia eterni Patris.

Constanter igitur reijciantur furores eorum,

c 4 qui



qui fingunt nostra opera seu merita esse causas predestinationis impulsivas.

Nam honor soli Deo, et filio Dei domino nostro Iesu Christo conueniens, non est nostris operibus tribuendus.

Sunt autem bona opera causae finales Electionis, ut Ephes. 2. scribitur, In CHRISTO sumus conditi ad bona opera, quae Deus preparauit, ut in eis ambulamus.

SEXTO. Cum dictum sit, Eos esse electos ad uitam aeternam, qui fide amplectuntur Christum Mediatorem, & in hac uita ad extremum perseverant, obijciunt mentes, Nec fidem qua apprehenditur Electio, Nec perseverantiam, quae retinetur, nostra potestate esse. Quare de causis fidei, & perseverantiae necesse est aliquid monere.

Sunt autem causae Fidei.

Ἀκρόασις, Spiritus sanctus.

Ἐκβολή, Auditio & Meditatio uerbi Dei.

Σύνεσις, Mens & Voluntas humana, renouata & adiuta per Spiritum sanctum, assentiens uerbo Dei luctans cum dubitationibus & diffidentia, & in promissione diuina adquiescens. Vult enim Deus in omnium hominum cordibus fieri hanc regenerationem per Verbum & Spiritum sanctum, iuxta dictum, Deus uult omnes homines saluos fieri, quod ad Dei uoluntatem attinet, trahit Deus omnes, quia uult omnes saluos fieri, & non est qui



eum respectus personarum. Quod igitur non omnes saluantur: manifestum est culpam non in Deo esse, sed in hominibus, qui Deo trahenti per uerbum non obtemperant.

Causa autem in Deo, quod alijs patefacit Verbum, alijs non patefacit, incognita nobis esse potest. Ignota esse nequaquam potest, ut Augustinus inquit. Singula autem de sua Electione & Salute non ex humane rationis imaginationibus, sed ex solo Verbo iudicent, quod affirmat Deum omnes homines uelle saluos fieri: & Deo gratias agant, quod ipsis patefecit Verbum, & seuerissimè sibi à Deo mandatum esse, sciant, ut uerbo credant, & promissioni uniuersali se quoq; includant.

SEPTIMO. De Perseuerantia, quomodo in tanta nature nostre imbecillitate, & in tantis Diaboli insidijs, usq; ad finem perseuerare possimus, teneant pie mentes hanc consolationem necessariam, gratiam & salutarem, quæ in multis testimonijs diuinis repetita est, de auxilio Dei reprimendis Diabolum, & de firmitate Electionis.

Iohan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt, & sequuntur me, & ego uitam eternam do eis, nec quisquam rapiet eas de manibus meis, quia ego & Pater unum sumus.

Iohan. 14. Non relinquam uos orphanos, sed ueniam ad uos. Rogabo Patrem & alium Paracletum  
c s dabit



dabit uobis Spiritum ueritatis, manentem uobiscum ad omnem aeternitatem.

1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non finit uos tentare supra uires, sed dat cum tentatione robur, ut possitis sufferre.

Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, ne deficias des tua.

Ioh. 17. Oro non pro eis tantum, sed pro omnibus credituris per uerbum eorum.

Matth. 16. Portae inferorum non preualebunt aduersus eam.

His consolationibus confirmati hanc *παρακλησιν* *παύλου* usurpemus. Certus sum, quod nulla creatura possit me abstrahere à dilectione Dei, qui propter Christum complectitur.

OCTAVO. Causa seu meritum reiectionis est contumacia impiorum, qui uolentes Deo uocantibus pugnant, et salutem à Deo omnibus oblatam non complectuntur, ut Rom. 18. & Esai. 65. dicitur. Tollam et expandi manus meas ad populum repugnantem mihi & contradicentem.

Horribilis autem furor & blasphemia est dicere, Deum causam esse contumaciae & damnationis impiorum, cum ipse iureiurando affirmet, se non mortem peccatoris, sed hoc uelle, ut conuertatur & uiuat. Item Osee 12. Perditio tua est, tantum non auxilium tuum. Et firmissimè retinenda est sententia



tia, Deum nec uelle peccatum, nec impellere uoluntates ad peccandum.

NONO. Quod in Malachia dicitur, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, Id principaliter de utriusq; posteritate intelligatur, ut congruat cum dicto Christi, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum. Nam ex uerissimilibus coniecturis consentaneum est Esau conuersum egisse poenitentiam, & uitæ eternæ hæredem factum esse.

1. Quia reconciliatus est fratri Iacob.
2. Quia cum Iacob fuit socius funeris Isaac.
3. Quia postea non afflixit Iacob.
4. Quia ipsius posteritatem Deus conseruauit.  
Semen autem impiorum peribit.

Sed posteros Esau Idumæos odit Deus, quia abiecerant uerbum Dei, & idolis, iniurijs, Tyrannide & libidinibus se polluerant.

Econtra Israelis posteritatem propter uerbi custodiam diligit, sicut dicitur, Diligo diligentes me.

Quod autem Paulus Rom. 9. hæc uerba Prophetæ urgens addit, Antequam quidquid boni uel mali fecissent, id intelligatur oppositum esse opinioni Pharisæicæ de merito congrui & condigni.

Dispu-



Disputat enim Paulus causam Electionis esse non merita, non primogenituram aut ullas carnales prerogativas, sed solam DE I misericordiam propter Filium fide apprehensum.

Hæc natiua sententia Pauli, sumpta ex perpetua & dextra collatione omnium membrorum in Pauli scriptis, quæ utilis est ad salutarem conscientie consolationem retineatur, nec Sophisticæ & calumniose singula uerba contra hanc mentem Pauli urgeantur.

#### IIII. Locus.

### DE VENITIONE Primogenituræ.

Magnum Priuilegium fuit Primogenitorum in Ecclesia patrum. Habebant enim ius Sacerdotij & Regni seu gubernationis in familia paterna, ut Genes. 49. dicitur, Ruben primogenitus, prior in Sacerdotijs, maior in imperio. Præterea habebant primogenitiuam præ ceteris fratribus in diuisione hereditatis. Deut. 21. Dabit ei de cunctis, quæ habebit, dupplicia, iste est enim principium liberorum eius. Hebr.



ius primogenituræ, Esau uendens polenta, imago est  
maximæ partis hominum, quæ præsentis uitæ bre-  
uia et fugacia bona, ut uoluptates, diuitias, honores,  
pluris facit, quàm doctrinam Euangelij et patrimo-  
nium æternæ uitæ. Tales uerius permutant  $\chi\alpha\lambda\alpha$ -  
 $\nu\alpha\alpha$ ,  $\chi\rho\upsilon\sigma\epsilon\iota\omega\mu$   $\epsilon\kappa\alpha\tau\omicron\mu\omicron\iota\alpha$   $\zeta\eta\upsilon\epsilon\alpha\omicron\iota\omega\mu$ , quam  
Glaucus apud Homerum. ιλ. 3.

## NOMINA PROPRIA

XXV. CAPITIS.

Cethura  $\kappa\epsilon\tau\upsilon\tau\alpha$  Keturah thymiama, incensum à  
 $\kappa\epsilon\tau\tau$  Kitter. Ebraei disputant esse cognomen  
Agar ancillæ & concubinae Abrahæ.

Filij Cethuræ, à quibus alij Troglo-  
dyten & Arabiam Felicem, alij Indiæ  
regiones occupatas scribunt.

Zamran  $\text{זמרן}$  Zimran, Cantor, Musicus.

Iechsan  $\text{יקשן}$  Iaksan, indurabit, à  $\text{קשה}$  kascha.

Madan  $\text{מדן}$  Medan, à iudicio, uel modius.

Madian  $\text{מדין}$  Midian, modius, mensura, à  $\text{מדר}$

Madad, uel de iudicio, à  $\text{דן}$  Dan. Ab hoc orti  
sunt Madianite, quos Gedeon profligauit. iud. 7.

Iesboch  $\text{ישבק}$  Ischbak, laudabit, laus.

Sue  $\text{שוה}$  SuaH, Orator, uel inclinans se ad oran-  
dum.

Filij



*Fily Iechsan.*

Saba שבא Seba, sedes, Iaschab.

Dadan דדן Dedan, dilectus, diligens eos.

*Fily Dadan.*

Assurim אשורים beati.

Latusim לטושים Letuschim, polientes  
talla.

Laomim לאמים populi.

*Fily Madian.*

Epha עיפה Ephah, tenebrae, caligo.

Apher עפר Ephher, puluerulentus.

Enoch חנוך Hanoth, dedicatus.

Abida אבירע pater scientiae.

Heldaa עלרעה Eldaah, Deus sciuit.

*Fily Hismael.*Nabaioth נביות Nabaioth, Prophetiae, אבנא  
ba. Ab hoc Nabathæa regio dicitur à mari Ro-  
bro usq; ad Euphratem.

Cedar קדר Kedar, pullatus, tenebrae, nigredo.

Abdehel אדבאל Adbeel, nubes Dei, אד  
bes, uel perditus per Deum, ab אד Ed, per-  
tio, interitus.Mabsam מבשם Mibscham, aroma, suavis, odor  
בשם.



Mafma מִשְׁמָע Mischma, fama, auditus.

Duma דוּמָה Dumah, tace.

Mafa מַסָּא onus. Ex his tribus nominibus componunt Hebraei prouerbium, Maschma, Veduma, VeMafa, hoc est, Audi, & Tace, & Feras.

Adad אֲדָד Hadar, triclinium.

Thema, תִּמָּה admirabilis, à תְּמָה Thamah.

Lichur לִיטוּר Ietur, columna.

Naphis נַפִּישׁ uiuificans, à נֶפֶשׁ Nephesch, anima, spiritus.

Cedma כֶּדְמָה Cedmah, uersus Orientem.

Coram cunctis fratribus suis obijt ) Ieronymus in Questionibus Ebraicis refert, fratres pro filijs usurpari, & hoc dici, Ismaelem superstitibus ad huc & presentibus liberis omnibus obijisse.

Seir שַׁעֲרַי Sair, hispidus, pilosus.

### Fily Isaac.

Efau עֵשָׂו operarius eius.

Iacob יַעֲקֹב Iacob, supplantator, ab עֵקֶב Ekeb, planta.

Edom אֶדוֹם rufus, rubens, ab אֶדָם.



IN GENESIN  
CAPVT  
XXVI.

Loci præcipui in historia  
Isaac.

- I. De miranda conseruatione &  
Nutricatione Ecclesie in fa-  
me & alijs periculis.
- II. Repetitio Promissionis de Cri-  
sto, In Semine tuo benedic-  
tur omnes Gentes. & Pro-  
missionum Temporalium, de  
immensa posteritate & certo  
Regno in Palestina, quod e-  
set hospitium Ecclesie &  
nascentis Messie. Quæ Pro-  
missiones supra Cap. 12. vsq;  
22. Abrahæ traditæ sunt.
- III. De Mendacio Officioso.
- IIII. Exemplum Promissionis, Be-  
nedictio



nedictio DOMINI diuites facit.

V. De Fæderibus.

VI. Non esse contrahendum matrimonium sine autoritate Parentum, vt Esau contra voluntatem patris Isaac duas uxores Cananeas duxit, De quibus infra Capite 36. dicemus.

# IIII.

## DE BONIS Corporalibus.

Sex sunt causæ, propter quas promissiones Bonorum corporalium à Deo traditæ sunt.

1. Vt doceant nos de prouidentia, uidelicet, Quod non casu, aut causis Physicis illa bona obijciantur, aut humana industria solum parentur, sed certo Dei consilio & opere offerantur & augeantur. Vt in hoc Capite dicit Textus, Inuenit Isaac in illo anno centuplum, Benedixitq; ei Dñs, & locupletatus est.

d

2. Vt



2. Vt Fides, Inuocatio, & Spes exercentur petitione & expectatione bonorum corporalium, & presentia ac bonitas Dei nobis fiat conspectio, & opitulatur inuocantibus.

3. Vt sint exercitia Gratitude adfida & in omnibus Vitæ officijs Deo reddenda.

4. Vt sint commonefactiones de Promissione spirituali, Quia semper in petitione corporalium necesse est prælucere fidem accipientem remissionem peccatorum, & statuentem nos placere Deo, & accipi preces nostras propter Christum, ut dicunt. Quomodo inuocabunt si non credunt.

5. Vt sciamus Ecclesiam, etsi subiecta est cruci, tamen in hac uita perpetuo mansuram esse, nec pergamur desperatione, cum impij delere Ecclesiam conantur.

6. Vt sint adminicula uocationum, Non enim possemus in nostra uocatione Deo seruire, si sumus morbis assiduis, & doloribus nostra uita extinguatur. Principes pij non possunt Ecclesiam, scholas, iudicia, pacem tueri & fouere nisi pecunia instructi sint, Quam neruos rerum agendarum Demosthenes nominat.

Harum causarum cogitatione nos ad petitionem & expectationem corporalium beneficiorum eruscitemus, & simul animos ita confirmemus, ut etiamsi Deus differat, aut non largiatur bona corporis, tamen fide in ipso adquiescamus.

CAPIT



CAPVT  
XXVII.

## LOCI PRÆCIPVI.

Difficile Caput est, & quæstiones aliquot ferè  
indissolubiles continet, quarum simplicissima ex-  
plicatio ex Lutheri commentario sumatur.

Nos nunc utiles aliquot Locos iuuenum causa  
excerpemus.

I. De Primogenitis.

II. Exemplum docens, quod non fi-  
lij carnis, sed promissionis, &  
qui sunt ex fide, benedictio-  
nem consequantur.

III. Benedictiones Patrum, quibus  
futuros euentus secundos li-  
beris prædixerunt, singularia  
dona Spiritus sancti fuerunt.  
Ideo non possumus eas imita-  
ri. Nam donum vaticinandi  
non omnibus à Spiritu sancto  
datur.

d h

De



## IIII. De Æmulatione inter fratres

V. Imago gubernationis & defensionis Ecclesie, que in hac vita exulat, sicut Iacob ex terra Canaan in Mesopotamiam peregrinari cogitur.

## I.

## PRIMOGENITI.

**S**Vpra audiuius Primogenitos habuisse in Scerdotij, & regni, & hereditatis dupla portione accipiendæ.

Fuerunt autem in populo Israël omnia primogenita Deo dedicata, propter Sex causas, quas loco studiosis recitabo, sicut me eas ex præcepto nostro Philippo semel in die purificationis Martini memini audiuisse.

Prima est, Vt per istum ritum homines cognoscerent de sua seruitute, das sie Gottes leibeigend, quod sint proprii & serui Dei.

Secunda Vtilitas, Quia Deus uoluit primogenitis pecorum, & pecunia, qua redimebantur hominum primogenita, alii Sacerdotes, ut ministerium conseruaretur.



Tertia, Est sapientia spiritualis. Vt agnoscamus omnia nasci & prouenire Deo fecundante, & ei gratias agamus, ac obediamus.

Quarta, Correlatiua. Omnia primogenita seu primitiæ sunt dicatæ Deo. Ergo prima cura debet esse de Deo, ut dicitur, Primum querite Regnum Dei.

Quinta, Iste ritus erat commonesactio, de interfectis primogenitis Ægypti, & miranda liberatione populi.

Sexta & omnium summa, Vt significaretur futurum esse, ut nascatur CHRISTVS filius Dei, primogenitus omnis creaturæ, & primitiæ ex mortuis, summus Rex & Sacerdos in Ecclesia, & hæres omnium bonorum æterni Patris.

## II.

Supra Capite Quarto audiuius Ecclesiam Dei non alligatam esse ad primogenituram, nec dari benedictionem & hereditatem à Deo promissam propter ullas carnales prerogatiuas, ut Iohan. 1. dicitur, Qui non ex sanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Item Rom. 9. Non filij carnis sunt filij Dei. Etsi igitur in Isaac hæret opinio, filium Esau fore heredem, quia erat primogenitus, sicut Adam existimabat Cain primogenitum fore columnam Ecclesiæ, tamen Deus eligit Iacob, qui etsi norat communi iure gentium,

d 3 ad se



ad se non pertinere ius primogeniti, sed ad fratrem  
Esau, tamen & usurpat ius primogeniti, & benedi-  
ctionem à patre petit, nixus promissione diuina, qua  
supra cap. 25. edita est, Maior seruiet minori, ut no-  
re dicitur, Non est uolentis, neq; currentis, sed mi-  
serentis Dei.

## C A P V T XXVIII.

### LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Coniugio.
- II. Imago hypocritæ in Esau, qui  
externo opere simulat se pa-  
tri gratum facturum esse,  
cum ducit uxorem tertiam,  
non ex filiabus Canaan, sed  
ex posteris Abrahæ.
- III. Allegoria Scalæ Iacob.
- IIII. Descriptio Ecclesiæ. Quid sit,  
& ubi sit.

Repetit



V. Repetitio promissionum aeternarum & corporalium.

VI. De petitione rerum corporalium.

### III. Locus.

**A**llegoriam Scale Iacob Christus ipse exponit Iohan. 3. his uerbis, Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.

Primum autem amplissima consolatio animis infigatur, quæ affirmat cœlum apertum esse, id est, Deum propitium esse, aditum ad Deum nobis patefactum, & iræ diuinæ repagula remota esse, Deum respicere inuocantes ipsum & saluare.

Deinde Scala pingit personam Christi, quæ cum cumine cœlum attingit, & in terra consistit, Sunt enim in Christo duæ naturæ vñs & lxxviii unite, altera cœlestis & diuina, altera terrena seu humana de substantia uirginis adsumpta.

**TERTIO.** Beneficia Christi significantur. Ut enim Scala cœlum & terram coniungit, sic filius Dei Ecclesiam cum Deo coniungit, & nos auulsos à capite ac horribiliter distractos iterum adglutinat Deo, ut Ephes. 1. dicitur. Adglutinat ad unum caput omnia in Christo, quæ in cœlis sunt & in terra. Nulla est autem alia Scala, qua in cœlum ascendi



cendi possit, nullus alius aditus ad Deum patet, quam per et propter Christum filium Dei, ut Ioh. 14. dicitur, Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad Patrem nisi per me. Ioh. 10. Ego sum ostium, per me si quis intrauerit, saluabitur &c.

QUARTO. Angeli ascendentes & descendentes in Christi corpore, significant totam Ecclesiam ac precipue Doctores seu ministros Euangelij, qui primum duce Christo ascendunt ad Deum, & ab eo Euangelij lucem, Spiritum sanctum, & alia bona accipiunt. Postea uero descendunt, & per ministerium doctrinae diuina hominibus impertiunt.

QUINTO. Petra etiam seu lapis, quem latro capiti supponit, non inueniunt ad Christum accommodari potest, ut Esa. 28. & 1. Pet. 2. dicitur. Pono in Sion lapidem angularem, electum, preciosum, Qui crediderit in eum, non frustrabitur. Matth. 16. Super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. 1. Corint. 3. Fundamentum aliud nemo ponat praeter id quod possumus, quod est CHRISTVS IESVS S. Psalm. 117. Lapis quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.

Vt autem Iacob in lapide dormiens diuina consolatione confirmatur, ita nos fide in Christo ad quietem pacem habebimus erga DEVM, & in omnibus aerumnis gloriabimur in spe gloriae Dei. Rom. 5.



## V.

DESCRPTIO  
Ecclesie.

Grauiſſima descriptio Ecclesie huic Capiti inſerta eſt, uidelicet, Quod ſit domus Dei & porta cœli, hoc eſt, cœtus hominum, in quo ſonat uox Dei de Chriſto, & Angeli aſcendunt & descendunt in Sca-  
la Iacob, id eſt, miniſtri Euangelium de Chriſto recte docent, & in quo Deus habitat, & portam ad regnum cœlo-  
rum patefacit,

Sic deſcribit Eccleſiam Paulus 1. Tim. 3. Eccleſia eſt domus Dei, columna & ſedes ueritatis, id eſt, uere doctrine de Deo. Vbi-  
cunq; igitur eſt uera doctrina de Deo, ibi eſt Eccleſia Dei. Item Ephes. 2. Eſtis conciu-  
es ſanctorum, & domeſtici Dei extructi ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum  
(id eſt, ſuper doctrinam traditam per Prophetas & Apoſtolos) exſtente lapide angulari Ieſu Chriſto, in  
quo omne ædificium coagmentatum creſcit in Tem-  
plum ſanctum per Dominum, in quo & uos coædifi-  
camini in habitaculum Dei, per Spiritum ſanctum.  
Et Chriſtus inquit Ioh. 14. Si quis diligit me, ſermo-  
nem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, &  
d s uenie-



ueniemus ad eum, & mansionem apud eum facimus. Tota diuinitas habitat in ijs qui doctrinam Christi amplectuntur & custodiunt. Item Mattheus. Vbicunq; duo uel tres congregati sunt in nomine meo, in medio eorum sunt.

## VI.

DE BONIS  
Corporalibus.

Paulò ante audiuiimus, Bona corporalia esse petenda suo ordine, uidelicet, ut anteferatur Deo & cedatur de bonis corporalibus, seu de mercede, si ita postulet Deus.

Phrasis autem hic in uoto iacob consideranda est, Si fuerit Dominus mecum, & dederit michi viam ad uescendum: erit mihi Dominus in Deum. Nam Conditionalis particula addita, non significat finem uel mercedem, sed possibilitatem & modum & hanc uim habet. Si Deus uitam mihi prouideret & defenderet, tunc congregabo in hoc loco Ecclesiam ad sacrificium & concionem, sicut dicitur, Mortui laudabunt te Domine. Sin uero non dederit mihi panem &c. paratus sum ad ferendam inuicem, exilia, & alias difficultates. Sicut David. 2. Regum. 15. inquit, Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, Sin autem dixerit mihi, Non preest, preest sum, faciat quod bonum uidetur ipsi.



Disputant etiam in hoc loco, De Votis, quorum alia sunt ciuilia, ut pacta, & promissa confirmata iure iurando & sigillis. Alia religiosa, Et hæc uel sunt præcepta & necessaria, ut Psalm. 49. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua scilicet, quæ in primo Præcepto uouisti. Psalm. 115. Vota mea Domino reddam. Vel sunt prohibita, ut Monastica & alia impia. Vel Adiaphora, de quibus Regula Matth. 15. in conspectu sit, Frustra me colunt mandatis hominum.

## CAPVT XXIX. & XXX.

### LOCI PRÆCIPVI.

- I. De officys Oeconomicis et Coniugalibus.
- II. Exemplum *πλεονεξίας* in Laban, qui sui priuati commodi causa, Iacobum amanter complectitur.
- III. De peccatis et lapsib. sanctorū.
- IIII. Non omnia exempla Patrum imitanda esse. De



V. De Auaritia & avaritia Laborum.

VI. De Mercede & compensatione Laborum.

## I.

DE OFFICIIS  
Oeconomicis.

Cultus Dei est opus à Deo mandatum, quod fit praelucente agnitione Christi & fide, & principaliter refertur, ut Deo obedientia & honor praestetur. Sunt autem Oeconomica & coniugal officia, à Deo aeterno instituta, & approbata expressa uoce diuina, in quibus pii suam obedientiam Deum declarant, & testimonia suae confessionis Deo edunt, dum in familijs liberos & domesticos ueram Dei agnitionem instituunt. Exercent ea in laboribus & aerumnis Oeconomiae & coniugales suam fidem, inuocationem, patientiam & alia uirtutes. Quare non dubium est Iacob sustinentem labores domesticos in familia Laban, pascentem pecora, contrahentem matrimonium, & completam ardentem amore suas coniuges & liberos gratissimos cultus Deo praestitisse.



Nec dubium est, Spiritum sanctum ideo tam prolixè hæc Bucolica & Coniugalia opera recensere, ut supersticiosas opiniones omnium, qui Coniugium & officia Oeconomica aspernantur, refutaret.

## IIII.

NON QVÆLIBET  
exempla Patrum imitan-  
da esse.

Errata & lapsus Sanctorum commonefaciunt nos de nostra infirmitate. Monent etiam semper Sanctos aliquid contagi trahere à moribus politicis earum gentium, inter quas uiuunt. Vsitata consuetudo fuit earum regionum tempore Iacob, ut uiri plures uxores simul ducerent, & uxores steriles maritis ancillas traderent, Hanc Iacob quoque secutus est, Nobis autem post promulgatam expressam prohibitionem diuinam, hæc priorum Patrum exempla, non congruentia cum regula uerbi diuini, nullo modo imitanda sunt, & uniuersaliter de Exemplis in conspectu sit hæc norma, Omnia Exempla piorum diuinitus comprobata, & CONGRVENTIA AD REGVLAM imitanda sunt, pro cuiusq; modo & uocatione.

Idem etiam de Bigamia cum duabus sororibus censendum est.



## VI. De Mercede &amp; compensatione

laborum. Euripides οὐκ ἔστι πρὸς μισθὸν, πρὸς τὸν  
 δ' ἄξιον μισθὸν φέρεται.

Pertinet ad equalitatem seu iusticiam.

Esi autem pij debita mercede sepiſſimè fraudatur, tamen Deo curæ sunt, eisq; si non magna, attamen mediocria commoda suppeditantur, ut Comatæ fabula apud Ethnicos significatum est, Gen. 15. Deus inquit, Ego merces tua magna ualde.

## NOMINA PROPRIA

XXIX. &amp; XXX.

CAPITIS.

Vocabula Iacob, Aran, Laban, Nachor, supra  
 exposita.

Rachel, id est, ouis.

Lia, id est, laboriosa.

Zelpha, id est, edax os.

Bala, id est, uetula.

Ruben, Ein Schawkind à ראה uidit בן filium.

Simeon, à שמע audiuit.

Leui, à לוי adhaesit, sociatus est.

Iudas יודא confessus est.

Dan, דן iudicauit.

Naphthali à נתל permutauit, peruertit נקי permutatus. Es hat sich gewendet.



Hic debet recenseri natiuitas Ioseph, quæ incidit in 91 annum ætatis Iacob, ut constat ex numeris, qui Gen. 47. 41. 45. ponuntur, Sed per ὁσποπ πρῶτον pop prius Leæ filij recensentur, quod diligenter in huius capituli lectione considerandum est.

Gad à גַּד uel גַּד accinctus est ad prælium, infra Genesis 49. Accinctus præliabitur.

Gad sol fürher gehen.

Aser אֲשֵׁר beatus.

Mandragoras) in Ebreo דודאים Dudaim, nescitur quid sit.

Aliqui intelligunt de Solano, quod peculiari nomine Græcis σκῆνος ἀλκάνθη, Latinis Vesicaria, Officinis et Arabibus Alcaquengi corrupta uoce Græca, Germanis Iüdenkirschen dicitur.

De Mandragora uide Dioscoridem lib. 4. cap. 65. & lib. 6. cap. 16. & præcipuè Cordi in IIII. Dioscor. librum & caput 65. Germani Schlawkraut, Schlawbeer, grandem habet radicem, caulem procerum, folia ferè similia Solani, flores profert nigros, & post hos nigros fructus grandi acino uuae aquales, qui soporem efficiunt.

Isachar uel Isaschar יִשָּׂכָר אִשָּׁכָר quod significat mercede conducere.

Zebulon à זְבֻלֹּן cohabitauit.

Ioseph ab יִסְחָף collegit, congregauit, uel à יִסַּח in Hiphil יִסַּח addidit, auxit, adiecit.

Separa



## Separa cunctas oues uarias.)

Pactum initium inter Laban & Iacob de re-  
cede sic intelligendum est. Separat Iacob pecora  
rij & nigri coloris ab albis. Et socero Laban  
& nigra dat separatim custodienda, Ipse autem  
Iacob alba retinet hac conditione, ut pecora  
coloris nascentia ex albis retineret. Hanc condi-  
tionem libenter accipit auarus Laban, qui naturali  
ordine existimat ex unicoloribus non posse macu-  
culosa nasci. Sed Iacob naturam arte adiunxit  
maculosas uirgas in conspectu pecorum concupis-  
cium proponit. Nam in omnibus animantibus  
formae aut maculae imprimuntur foetibus tum  
imaginatione, tum ex uarijs obiectis animo  
lis obseruantibus, non tantum in ipso ardore  
ptus, sed etiam post impregnationem. Et Aristoteles  
lib. 3. Historiae animalium cap. 15. narrat aquas  
pore conceptus potius mutari colorem uellet. Ver-  
ba eius haec sunt.

μεταβάλλουσι δ' ἐνία τῶν ζώων τὰς χρο-  
μὰς τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων μεταβά-  
λονται μὲν γὰρ λευκὰ γίνεσθαι, ἐν δὲ μελ-  
ταῦτα δὲ καὶ πρὸς τὰς ὀχρεὰς ὅσιν ὑδάτα  
λαχὺ τοιαῦτα, ἃ πίνοντα καὶ ὀχεύον-  
τα μετὰ πλὴν πίνουσιν μέλαινα τὰ  
πρόβατα χροῶσι τοῖς ἄρ-  
νας &c.

CAPIT



CAPVT  
XXXI.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. *De Auaritia, ἀσοφία, perfidia  
& ingratitudine Laban.*
- II. *De furto Rachel, seu de operi-  
bus liberi Spiritus.*
- III. *De miranda defensione pio-  
rum, quos subito mutata uel  
impedita hostium uoluntate,  
Deus tuetur, ut hoc loco, cor  
Labani, & postea uolunta-  
tem Esau flectit, ne nocere  
Iacobo possint.*
- IIII. *De Iuramentis & Fæderibus.*
- V. *Galaad aceruus testimonij est  
imago sacræ scripturæ.*

## I.

*De Auaritia Laban.*

e 1. Timoth. 6.



1. Tim. 6. dicitur, Omnium malorum radix auaritia. Et Colof. 3. Pleonexia est Idolatria. Nam Avari fœda & immani fame opum impelluntur, ut abiectione fiducia in Deū, et philostorgia erga liberos & amicos cum defraudatione sui & aliorum, quancunque ratione seu honesta seu inhonesta pecuniam concupiscunt, & in ea omnem fiduciam collocant, Sic Laban opibus inhians, Deum & omnia honesta officia fœdissime uiolat, est sordide tenax & impius, ac uerum erga filias, ingratus erga Iacob de se optime meritum, perfidus & periurus, toties mutans pretium de mercede. Tam fœdi & detestabilis monstrum imago, quæ in hoc capite proponitur, debet nos ab auaritia, quæ cum fiducia in Deum collocanda, cum iusticia, cum liberalitate & beneficentia, cum gratitudine et alijs uirtutibus pugnat. Habet autem studiosi in conspectu usitata dicta, ut Cicero nis pro Quintio, Nullum est officium tam sanctum atq; solemne, quod non Auaritia comminuere ac minuire soleat. Et Publij in Mimis.

Auarus nisi cum moritur nil recte facit.

In nullum auarus bonus, in se pessimus.

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

Horatius.

Crescentem sequitur cura pecuniam, Maioribus  
fames,

Multa petentibus, desunt multa, bene est, cui DEUS  
obtulit

Parti



Parca, quod satis est manu. Item fabulas, de Tantalo  
 & Mida.

## II.

## DE FVRTO

Rachel.

Omnia opera confessionis non simulate placent  
 Deo, & in genere mandata sunt in secundo prece-  
 pto, etiamsi in speciem interdum media seu non ne-  
 cessaria esse uidentur, Vt cum Miles ille quem Ter-  
 tullianus in libro de Corona Militis defendit, acce-  
 pturus à Tribuno donatiuum, in manu gestat Coro-  
 nam lauream, quæ à cæteris in capite gerebatur,  
 eoq; ritu testatur se Christianum esse. Cum Irene fi-  
 lia Imperatoris Licinij statuas aureas in sacello pa-  
 tris destruit, Cum Laurentius resistit Decio Impe-  
 ratori auferentis ex ærario Ecclesiastico pecuniam,  
 quam sine peccato relinquere poterat. Talia uocan-  
 tur opera liberi & ardentis Spiritus, quæ Deo pla-  
 cent propter confessionem, quæ est anima talium  
 operum. Sic Rachel idola aurea patris secum aue-  
 hit, ut hoc ipso facto testetur, se improbare cultum  
 idolorum, & nolle ea à patre coli, Nec ipsa colit,  
 sed aurum in uiaticum collatura est, quod iure ci-  
 uili & naturali à patre sordido ipsi debebatur.

## V.

Galaad גלעד id est, tumulus testimonij, est Ty-  
 pus.



pus sacre scripturae, in qua plurima testimonia  
Deo coaceruata sunt. Ioh. 5. Scrutamini Scripturas,  
illae sunt quae testimonium perhibent de me.

Incipit autem mons Galaad à Libano, & ad  
biam usq; pertinet, & regionem Israheliticam  
Iordanem ab Ammonitide separat.

## C A P V T XXXII.

### LOCI OCTO.

- I. De Custodia Angelorum.
- II. De Vicibus ærumnarum & tribulationum, dolorum & consolationum, quas experientur Sancti.
- III. De vitanda Tentatione Dei.
- IIII. Forma veræ Inuocationis.
- V. De miranda impletione promissionum diuinarum.
- VI. De Lucta Fidei in tentationibus & ærumnis.



VII. De consolatione & leto exitu qui sequitur ærumnas piorum.

VIII. De Phrasi, Vidi Dominum facie ad faciem.

## I.

DE CVSTODIA  
Angelorum.

**P**salm. 33. grauiſſimum testimonium de Custodia Angelorū ex huius capitis principio sumptum, recitatur. Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Sunt enim Angeli ad hoc munus præcipue conditi, ut in cælo cantant, Gloria in excelsis DEO, & in terra sint ministri & custodes, ac defensores Ecclesiæ & piorum, ut dicta Ebræ. 1. Psalm. 91. 34. Et historiæ educationis populi ex Ægypto in Exodo. Item Elisei 4. Reg. 6. Ezechie 4. Reg. 19. Esai. 37. & Petri Act. 12. testantur.

Mahanaim מַחֲנֵיִם id est, castra. Locus est ad confluentem Iaboc & Iordanis, paulo infra mare Galilee. Eodem loco castrametatus est Dauid, 2. Regum. 17.



## II.

DE VICISSITUDINE  
tentationum & consolationum.

Sicut Luna aliàs pleno orbe fulget, aliàs *ἐν τῷ σκοτεινῷ* est, aliàs *ἐν τῷ φωτεινῷ*, aliàs omni luce caret. Ita in pijs perpetuæ uices sunt consolationum et tentationum, ut Iacob liberatus tyrannide & insidijs *ἐκ χειρὸς Λαβάν*, & conspectis Angelorum praesidijs *ἐκ χειρὸς ἀγγέλων* fruetur aliqua animi tranquillitate et leticia, paulo post consternatur metu propter fratris aduentum & periculum uitæ, quod ei à luctatore imminabat. Deinde iterum recreatur consolatione.

Has uices agnoscamus & fide animos confirmemus, ne uel leticia elati, uel metu fracti, à Deo *ἐκ χειρὸς τοῦ Θεοῦ* sciscamus: Huc referri possunt usitata dicta.

*Θαροσφρηνὶ εὐλε βατῆ ταχ' ἀυριορ' εἴοσετ' ἀμείνη*  
*χ' ὁ θεὸς ἄλλοκα μὲν πέλει αὐθριός ἄλλοκα δὲ βροχί*  
Hoc ē. Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis.  
Et pluit, et claro nunc Iupiter æthere fulget. Item,  
Nec fera tempestas toto tamen horret in anno.

Et tibi, crede mihi, tempora ueris erunt. Item,  
Venit post multos una serena dies.

## III.

DE VITANDA  
tentatione Dei.

Matth.



Matth. 4. Satanas suadens Christo, ut se de pinna-  
culo Templi deijceret, et utens dicto Psal. 91, Angelis  
suis mandauit de te etc. refutatur à Christo hac ora-  
tione, Non tentabis Dominum DEVM tuum. Est au-  
tem Tentare Deum, fiducia propria sapientie et ui-  
rium sine uerbo & uocatione Dei discedere à man-  
dato & ordinatione diuina, tanquam certantem cum  
Deo sapientia & proprijs uiribus, uidelicet, aut ne-  
gantem Deum & opera Dei, aut corrigentem ordi-  
nationem Dei humanis consilijs. Sic Iacob, etsi acce-  
perat à Deo promissiones de defensione, Tamen me-  
dijs diuinitus ordinatis utitur, subijcit se fratri, mit-  
tit ei munera, præmittit nuncios, fit supplex, sed ta-  
men spem salutis & defensionis non in sua diligentia  
aut sapientia, sed in solo Deo collocat.

## IIII.

DOCTRINA DE INVO-  
catione et forma precationis.

Propria uirtus Ecclesie, & precipuus murus in  
omnibus periculis est Vera Inuocatio Dei. Cum au-  
tem in hoc Capite perfecta precationis forma pro-  
ponatur, breuiter eam explicabo.

Inuocatio est petere à DEO bona  
præsentia & æterna iuxta ipsius pro-  
missiones, & simul statuere ac profitez-  
ri, quod Deus uerè sit dator illorum

c 4 bonor



## bonorum propter CHRISTVM

PRIMUM autem in omni Inuocatione cogitandum est, Quis sit DEVS, quem compellamus, et dirigenda mens est ad unum solum uerum Deum qui se in Ecclesia certo uerbo seu data promissione de Christo, et editis illustribus testimonijs miraculorum patefecit. Ideo Iacob ipsa compellatione uerum Deum à commentitijs discernit, et mentionem facit promissionum, hæc uerba usurpans, Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, & Deus patris mei Iacob, qui dixisti &c. Q. d. Inuoco te uerum Deum patefactum auctore meo Abraham, et patri meo Isaac, et mihi edita promissione de benedicto Semine, et certis testimonijs: Te oro, ut propter uerborum Semen, et propter tuas promissiones me ex hoc periculo eripias.

SECUNDO, Cogitandum est, Mandatum Dei, quod præcipit inuocationem, et promissiones, quibus pollicetur Deus se nostras preces exauditurum esse. Sic Iacob hoc in loco constantissime Deo proponit ipsius promissiones, Domine tu dixisti, Reuertere in terram hanc, Tu locutus es, te mihi benefacturum esse, et dilataturum Semen meum sicut arenam maris.

TERTIO, Res petendæ sunt. Primum bona spiritualia, ut Remissio peccatorum et gubernatio diuina, deinde etiam bona corporalia, quæ plerumque sunt προκαταρκτικά precationum, ut Esaia in primo sexto dicitur, Domine in tribulatione requiemini



te. Sic Iacob petit defensionem aduersus fratrem Esau.

QUARTO. Finis precipuus inuocanti propositus esse debet, ut Deus gloria afficiatur & celebretur. Hunc finem Iacob spectat dicens, Erue me de manu fratris, ne interficiantur matres et filij, Tu locutus es te benefacturum mihi, etc. Id est, Defende et libera me ex hoc periculo, ne pereat Ecclesia recte te inuocans et celebrans, & ne tua gloria deformetur. Tuae enim ueritatis interest, promissiones de defensione mihi traditas constanter seruare. Hanc precationem sequitur liberatio ex periculo et defensio iuxta promissionem. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in ueritate.

## VI.

## DE LVCTA FIDEI IN tentationibus & ærumnis.

Lucta Iacob cum filio Dei, pulcherrima imago est Fidei omnium Sanctorum luctantis cum ira Dei, peccato, propria indignitate, maledictione legis, & uincens cogitatione et fiducia promissionis de Christo omnes tentationes, quibus oppugnatur. Sicut mulier Cananea Matth. 15. Filium Dei oppugnantem eam obiectionibus de indignitate & particularitate firma fide uincit.

Solet autem quæri qualis fuerit Lucta Iacob cum filio Dei. Sed historia docet, Iacob primum ui-

c s ribus



ribus corporis contra Antagonistam ignotum, à quo hostili more inuadebatur, usum esse. Præcipua tamen fidei lucta fuit firmiter amplectens promissionem de Semine, & de defensione, in Bethel factam, & certo statuens Deum iuxta promissionem in tanto periculo adfuturum & seruaturum esse, Atq; hac fide nunc filium Dei, qui adsumpta specie hostili, familiariter cum eo ludens, & fidem ipsius exercens & confirmans, post luctum ostendit uultum paternum et amplissima benedictione Iacobum cumulat.

Lutherus in III. Tomo enarrat: pag. 171. promissum Theologicum ex historia luctu Iacob sanctum esse dicit, cuius hæc sententia sit.

Cum pius retinens scintillam fidei in eas angustias peruenit, ut cogitet se à Deo desertum & abiectum esse, tunc certo statuatur se esse in complexu brachiorum & gremio Dei. Sicut Iacob in luctu cogitat se perditum iri, Sed cernit se hæere in amplexu filij Dei. Et eodem loco inquit, Deum sepe personatum apparere et paternum uultum tegere, sed fidem detrahente Deo laruam, & faciem paternam detectam agnoscere.

## VII.

### DE CONSOLATIONE

& leto exitu, qui sequitur ærumnas piorum.



1. Corinth. 10. Paulus inquit, Fidelis Deus, qui non sinit nos tentari supra vires, sed dat cum tentatione exitum, ut sufferre possimus. Vt igitur Iacob in difficillima lucta non solum laxamenti aliquid, sed etiam amplissimam benedictionem accipit, sic omnes pii non solum robore à Deo confirmantur, quo perferre impositas tentationes possint, sed etiam exitus faustos ac salutes consequuntur.

Sequitur post nubila Phœbus,  
In exitu uidebitur cuius toni.

## VIII.

## DE PHRASI, VIDI DOMINUM facie ad faciem.

Phrasis, qua Iacob in hoc loco utitur, Vidi Dominum à facie ad faciem, & salua facta est anima mea, simplicissimè enarretur de filio Dei, qui semper adfuit Ecclesiæ suæ, & se in ea specie seu formæ naturæ humanæ patrib. conspiciend præbuit, quam paulo post ex uirgine Maria adsumpturus erat. Vt igitur Petrus, Iohannes, Iacobus & Cæteri Apostoli Christum Dominum facie ad faciem longo tempore uiderunt, Sic primi patres, & in hoc Capite Iacob cernens filium Dei in similitudine seu Idea naturæ humanæ, quam postea sibi unione personali copulaturus erat, exclamat se Dominum facie ad faciem uidisse. Vnde & loco nomen indidit **יִשְׂרָאֵל** id est, facies Dei.

ISRAEL



ISRAEL יִשְׂרָאֵל id est, princeps seu uictor  
 Dei, אֱלֹהֵי שַׁרְשָׁר. Ut autem Iacob in luctu cum  
 filio Dei uictor euadit, ita omnes pii per fidem ui-  
 tentes promissionibus Christi fiunt Israëlites, uincen-  
 tes iram Dei & Deum sibi uelut patrem beneuolum  
 conciliant.

## C A P V T XXXIII.

### LOCI QUATVOR.

#### I. De Reconciliatione dissidentium et artificio tuendæ concordiae & placandi animos offensos.

Vt enim Iacob fratrem Esau iratum, humili sub-  
 iectione & deprecatione sua & præteritarum of-  
 fensionum obliuione placat, & in gratiam eius re-  
 dit: ita in omni uita ad tuendam concordiam & re-  
 conciliandos dissidentium animos, hæ quatuor ui-  
 tutes imprimis necessarie sunt.

I. Humilitas subiiciens se alijs & non arrogans  
 de se sentiens, nec superbe despiciens alios.

II. Mansuetudo moderans iracundiam & in-  
 dictæ cupiditatem.

III. Patientia tolerans aliorum infirmitates,  
 morositatem, suspicacitatem, ambitionem, inuicem  
Ἐλὼν κίαν, κενὸς ὀξύαν.



IIII. Ἐπιείκεια remittens offensiones, ac condonans ac obliuiscens etiam ueras iniurias concordiae causa.

Harum uirtutum omnium illustria exempla proponit historia reconciliationis duorum fratrum Iacob & Esau.

II. Locus. Cor hominis in manu Dei, & flectit illud quocumq; libet, sicut Esau irati cor flectit, ut Iacobum fratrem fraterna beneuolentia rursus complectatur.

III. Exemplum Emptionis & uenditionis, quae permutatione rerum contrahitur, similis illi, quae Iliad: 5. ab Homero describitur.

Νῦν δ' ἐκ λήμνοιο πρῆσασαυ ὄνον ἄγασα  
ἐνθ' ἄρ' ὀνίζοντο καρηκομῶντες Ἀχαιοί  
ἄλλοι μὲν χαλκῷ ἄλλοι δ' αἰθωνί σιδ' ἥρω  
ἄλλοι δὲ γινοῖς, ἄλλοι δ' ἀντοῖσι βέεσσι.

Ita Iacob agrum emit centum agnis, sic enim interpretatur uocem **ΠΥΨ** Kesita quam alij nimis certum significare aiunt. Quendam audiui, qui aureum insignitum sagittario notari dicebat, ualentem duos ungaricales. Is hanc uocem deduxit ἀ **ΠΨ** quod arcum denotat.

Agefi-



Agésilas dixit se ἑξήκοντα τοξόταις, id est  
 tricies mille aureis Persicis sagittario insignitus  
 Asia pulsum esse.

*IIII. Liberationem ex periculis sequi  
 debet gratiarum actio, ut Laco*  
*post impetratam à Deo defensionem in*  
*nere & liberationem ex periculis, hac ben*  
*ficia diuina grato animo predicat.*

Sochoth, oppidum prope Mahanaim situm, situm  
 trans Iordanem. Postea euersum à Gedeone. Iud. 7.

שכנה tabernaculum.

Transiuitq; s. Iordanem.

In Salem urbem Sichimorum) ad ripam Iordani  
 ubi postea Iohannes baptizauit. Ioh. 3.

שלם pax.

A filijs Emor patris seu Principis Sichem.)

חמור Hamor, id est, asinus.

שכם id est, humerus.

## C A P V T XXXIIII.

### LOCI.

*I. Exemplum pœnæ Vagarum*  
*biduum*



bidinum. Pertinet ad sextum  
præceptum Decalogi.

II. Vitare peccata est vitare occa-  
siones peccatorum.

III. Quicquid delirant Reges, ple-  
tuntur Achini.

IIII De Pœna stupri.

V. De vindicta ordinata.

I.

DE VAGIS LIBIDINI-  
bus & earum pœna.

VT Deus ipse est mens casta, ita vult creaturas  
rationales sibi in castitate seruire, & vitare  
omnes confusiones ordinis à se instituti. Hanc suam  
voluntatem expressit non solum uerbo & uoce sua,  
sed etiam exemplis horribilium pœnarum in tota  
historia Mundi, ac maxime illustra in hoc libri Ge-  
nesis, in historia Diluuij, & conflagrationis Sodomo-  
rum describuntur. His addi debent & ciues Sichem  
propter stuprum filie iacob interfecti. Et si enim  
actio filiorum iacob iniusta fuit, tamen passio Sichi-  
mitarum iusta fuit.



# DE VITANDIS occasionibus peccato- rum.

Vsitatum & utile dictum est, Vitare peccata  
vitare occasiones peccatorum, quod monet  
προκαταρκτικὰς lapsuum & periculum, & oc-  
casiones, hoc est, tempora, loca, personas quae  
delinquendi praebent, cauendas esse & nostra  
gentia & petitione gubernationis diuinae. Sic  
vitare hunc lapsum potuisset, si ut modestus  
nes decet, domi se continuisset. Nam ut grauius  
Electra apud Euripidem inquit:

Εἰς ὄχλον ἐξπαρ πρὸ δένοισιρ' οὐ καλόν.

Et Hesiodus.

Οἶκοι βέλτερον εἶναι ὢν βλαβερόν τινος  
ρηφι.

Ausgehen war nie so gut/innen bleiben  
besser.

Et in Heraclidis inquit Euripides.

Γυναικί γὰρ σιγῇ τε καὶ τὸ σωφρονεῖν,  
κάλλιστον, εἰσω δ' ἥσυχον μύριαν δόμων.

Et in Troadibus de vitandis occasionibus.

Ὅρων δὲ πλὴν δὲ φεῦγε μὴ σ' ἔλθῃ πόδι  
ἄρ' ὅμματ' ἀνδρῶν δ' αὖρ' πόλεος.



## III.

QVICQVID DELI-  
rant Reges plectuntur  
Achiui.

In Salomone dicitur publicas calamitates acci-  
dere ciuitatibus & imperijs propter peccata terra,  
hoc est, populi & principum. Et plerumq; ita so-  
let fieri, quando imminent poenae publicae, ut prius  
gubernatores & subditi dementes communibus pec-  
catis & flagitijs implicentur. Ac plurimum nocent  
reliquae multitudini praua gubernatorum exempla  
ut Claudianus inquit.

Scilicet in uulgus manant exempla regentum.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Vtq; Ducum lituos sic mores castra sequuntur.

Exemplum illustre sunt ciues Sichem qui parti-  
cipes se reddunt peccati sui principis, non hortantes  
eum ad poenitentiam, & reddendam uirginem, ideo  
simul cum Principe pereunt.

## IIII &amp; V.

DE POENA STVPR  
& vindicta inordinata Si-  
meon & Levi.

f Vt cao



Vt ceterarum uirtutum, sic Castitatis quoque notitiam Deus nostris mentibus iniecit. Itaque naturae luce cernunt mentes, huic notitiae precipienti castitatem obtemperandum esse, & stupra ac omnes uiolationes castitatis seuerè puniendas esse. Discrimen autem est inter stupra ui facta, & sine uolentia facta, Lex diuina & Ius Romanum ad L. Iuliam de adulterijs & stupro, quae extat in nono libro Codicis, & Vetus Lex Attica capitali poena stuprum factum puniebant. Sed stuprum sine uolentia factum, alij aliter puniuerunt, Exod. 22. precipiunt, ut uirgo uiciata & ducatur & dotetur. Iure civilis ad L. Iuliam de adulterijs & stupro, quae in Codicis recitatur, poena est. Personae humilis conuictio capitis cum relegatione, sed personae non humilis publicatio dimidia partis bonorum. Leges Solonis qui persuadendo sine ui corrumperat uirginem uel uxorem alterius, uel uiduam, capitali supplicio adiciebatur, qui uero per uim corrumperat tantum infamia & laceratis natis puniebatur, & ratio poenarum à Lysia, hæc allegatur. Quia ui corrumperens corpus solum, sed persuasio & corpus & mentem corrumperens.

Quod autem ad presentem casum attinet, decidamus. Cum Sichem Dinam raptam ui corripserit, iuste à patre & fratribus puellae potius interfici, si incontinenti adhuc ui tenens puellam depre-



deprehensus fuisset, Sed postea cum offerret compensationem iuxta antiquissimam consuetudinem, quæ postea Lege Mosaica expressa est, & peteret eius coniugium ac dotem simul polliceretur, iniuste fecerunt Simeon & Leui, dolo & ui opprimentes non solum ipsum Sichem, sed etiam totam ciuitatem, Nec prætextu defensionis uel iusti doloris possunt defendi, Nam defensio in continenti, hoc est, eodem loco & tempore, quo iniuria infertur & seruato moderamine inculpatæ tutelæ suum corpus, famam & bona aduersus uiolentiam tuetur, Has conditiones cum non seruauerint Simeon & Leui, scelerata cæde & parricidio se polluerunt.

Ideoq; iustam maledictionem à patre acceperunt. Genes. 49.

f = CAPVT



CAPVT  
XXXV.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. Testimonium de pluritate personarum Diuinitatis.
- II. De officio patrisfamilias et magistratum politicorum in mutandis impijs cultibus, & in ra religione constituenda.
- III. De diuinis terroribus qui inuasiuntur hostibus piorum.
- IIII. Grauiſſimæ calamitates & dolores Iacob, quos ex patris coniugis Rachel, Delboræ mortis, & filij Ruben incesto concubitu cum nouerca cepit, & econtra diuina consolationes cogitentur.
- V. De Rachel in partu extincta.

Heronymus



VI. *Heroum filij noxæ.*

VII. *De immortalitate hominum, & vita æterna.*

I.

IN principio huius Capitis scribitur locutus esse Deus ad Iacob, ut faciat Altare Deo, qui apparuit ipsi in Bethel. His uerbis mysterium Trinitatis seu plurium personarum in una essentia diuina significari apparet. Quodcumq; enim Deus de Deo loquitur tanquam de altera persona à se distincta mysterium trinitatis proponi non dubium est. Quare in hoc loco Deus pater precipit Iacob, ut ædificet Altare in Bethel illi Deo, id est, Filio suo, qui se illi patefecerat in Bethel, ut supra 28. cap. audiuius.

II.

OFFICIUM PATRIS  
familias.

Eruditissimè Paulus Ephes. 6. præcipua patrisfamilias officia erga liberos complexus est inquit. Educate liberos uestros in disciplina & doctrina Domini.

I. Educatio omnia officia nutritionis & alia comprehendit.

f ;

II. Hone



II. Honeſta inſtitutio morum ſeu diſciplinæ  
adſuefactio qua arcentur à peccatis per bonæ  
præcepta, minas, caſtigationem, exempla.

Tertium & ſummum eſt doctrina Domini, ſc  
uera Dei agnitio & inuocatio, quæ ex pura Eua  
gelij doctrina ſolum hauritur. Hæc eadem beneſe  
cia pius Magiſtratus quoq; ſuis ſubditis debet im  
pertiri, non ſolum ut uictum curet, & pacis caput  
ſit, & externa ſcelera, ut homicidia & adultera  
puniat, ſed multo magis, ut impios & idolatricos  
cultus tollat, & blaſphemias prohibeat, & ueros  
Deo doctrinam tradi, & ueros cultus Deo præſ  
tari curet, Nam propter hanc cauſam præcipue DEUS  
ſui nominis ſocietatem Magiſtratibus impertit, &  
quiens, Ego dixi, Dij eſtis.

#### IIII.

*De Cruce & Conſolationibus integri  
dicam in Hiſtoria Ioseph.*

#### V.

*DE RACHEL  
extincta in partu.*

Diuinum & inenarrabile opus eſt Generatio  
hominis, & plenum ingentibus miraculis, quæ teſti  
entur non caſu naſci homines, ſed diuinitus formati  
factum



factum in aluo matris, & quasi digitis Dei fingi, & ali lacte matris transfuso per Cotylidonas, ac edi in lucem patefactis iuncturis ossis sacri, quæ nulla humana ope aperiri aut claudi possunt: Hæc ortus nostri miracula sæpe cogitanda sunt, & simul consideranda pericula & ærumnæ matrum, quæ sæpe pariendi labore oppressæ moriuntur, ut Rachel in partu extincta est. Hoc exemplo singuli commonefacti cogitemus, quanto periculo ipsi in lucem editi sumus, & agnoscamus Deum generationi adesse, & uitam ab eo dari & ali, sicut scriptum est, in ipso uiuimus, mouemur & sumus. Mariti etiam & matres familias his exemplis se consolentur in partibus infelicitibus.

## VI.

## HEROVM FILIJ NOXÆ.

Historia de incesto concubitu Ruben cum no- uerca, Primum illustre exemplum est Tragicorum lapsuum & calamitatum, quæ etiam Sanctorum hominum familijs sæpè accidunt.

Secundo consolatur pios parentes, qui propter improbitatem & turpitudinem & calamitates liberorum in acerbissimo dolore, quo nullus post sensum iræ Dei maior est, uersantur.

Tertio monet Heroum filios plerūq; noxas esse,  
f 4 &



et à paterna auitaq; uirtute degenerare, cuius sex causæ recitari possunt.

Prima in Psalmo 127. indicatur, Ecce donum Dei sunt filij, Fructus uentris sunt præmium. Sicut Sagittæ in manu robusti, sic filij heroici. Beatus qui impleuit pharetram suam ex istis. Hæc sententia commendat liberos uirtute et industria præstantes, solius Dei dona esse, et nequaquam carnali generatione propagari.

Secunda causa est, Quia Parentum peccata Deus infelicitate liberorum punit, ac imprimis Herodes parentes summis illis malis superbie et fiducia, propria sapientia et uirtute magis quam Deo titur, Item securitati carnali φιλαυτία et similibus obnoxij sunt. Quæ Deus etiam in hac uita punire solet.

III. Quia in effecta hac Mundi senectæ tota uirtura est languidior, ut Horatius inquit,

Ætas parentum peior auis  
Tulit nos nequiores mox daturos  
Progeniem uiciosiorem.

IIII. Liberi Heroum autoritate et opibus parentum, ad suam libidinem et petulantiam expleta abutuntur, Nam omnes in rebus secundis sunt petulantiores, ut Themistoclis filius dicebat à se uenit totam Græciam regi. Quidquid enim ego uolo, acquirit hoc uult mea mater. Quidquid mater uult hoc facit.



facit pater, Quidquid pater uult, id placet toti Græcie, Ergo.

V. Quia parentes Heroici publicorum negotiorum mole onerati, non tribuunt iustam diligentiam & adfuitatem institutioni liberorum.

VI. Ex astris & Ὕπερσωπ dissimilitudine sumitur.

## VII.

## DE RESURRECTIONE &amp; Vita aeterna.

Isaac mortuus est, & adpositus seu congregatus ad populum suum.

Eadem phrasi supra cap. 25. de Abraham usus est, qua monet pios ex hac uita discedentes non dissipari & euanescere in tenues auras ut pecudes intereunt, sed colligi ad populum suum, id est, in cœtum beatæ Ecclesiæ, ut Esai. 56. inquit, Viri sancti colliguntur.

Considerent autem Studiosi, ea, quæ deinceps usq; ad cap. 40. recitabuntur, gesta esse uiuo Isaac, qui omnium calamitatum Iacob, & uenditi etiam Ioseph in Ægyptum, & incesti Iudæ cum Thamar spectator fuit, Vixit enim 180. annos, & mortuus est uno anno ante liberationem Ioseph ex carcere, ut ex Chronologia quam infra cap. 38. inseram, perspicue apparebit.

f s CAPVT



IN GENESIN  
CAPVT  
XXXVI.

**G**enealogia familiæ Esau describitur, quem tunc  
idem egisse poenitentiam et Deo reconciliatum,  
ex quatuor coniecturis non leuibus nec aspernatis  
Lutherus ratiocinatur.

- I. Quia fratri Iacob uerè & ex animo reconciliatus est.
  - II. Quia socius fuit pompæ funebris Isaac.
  - III. Quia postea Iacob nulla molestia uexauit.
  - IIII. Quia semen impiorum peribit. Conseruauit autem Deus & celebrat posteritatem Esau.
- Vt autem sit illustrior lectio Capitis 36. adhibeatur in sex membra, in quibus describuntur.

- I. Vxores & filij Esau.
- II. Nepotes Esau.
- III. Imperium & Ducatus nepotum.
- IIII. Adfines Esau.
- V. Reges Idumæi.
- VI. Duces Idumæi vsq; ad tempora Davidis.

Nunc TEXTVM enarrabo sicut à reuerendo uiro D. Luthero explicatus est, cuius sententiam & uerba



¶ uerba alicubi retineri malui, quam ineptum aliquid ipse excogitare.

## I.

## UXORES ESAU.

Esau accepit uxores de filiabus Chanaan, Ada filiam Elon Ethei & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Euei. Basemath quoq; filiam Hismael sororem Nabaioth.

Nomina uxorum Esau recitantur, sed mutata, ut est usitatissimum. Nam supra Gen. 26. Cananea uocantur Iudith filia Beerī Ethei, & Basemath filia Helon.

Cap. 28. Malech filia Hismael, soror Nabaioth.

He mutationes & uarietates nominum sæpè in historijs ac præcipuè in Genealogijs obscuritatē pariunt. Ideo aliquot utiles Regule traditæ sunt, quæ etiam ad Christi Genealogiam rectius explicandam conducunt.

I. Omnes homines plerumq; habent duo propria nomina, Multi tria, Aliqui etiam quatuor.

Prænomen, quod uel differentie causa, uel ueteri ritu præponitur.

M. P. A. C. T. Publius, Cornelius, Scipio.

Marcus, Tullius, Cicero.

Caius, Tiberius, Gracchus.

Nomen



Nomen, quod suum cuiq; est, Cornelius, Tullius, Licinius, Tiberius, Annius.

Cognomen, quod cognationis est commune, Scipio, Cicero, Crassus, Grachus, Milo.

Agnomen quod ab aliquo euentu impositum est, ut Africanus, Asiaticus, Germanicus, Atticus, Artaxerxes Longimanus.

II. Patres & matres, Item filij & filiae aut sunt naturales, aut legales, seu adoptati.

III. Diligenter considerata sunt Agnomina, hoc est, nomina, quae ab euentu, ab officijs, uel alio quodam casu imponuntur, ut Iacob uocatur Israel, Octavianus uocatur Augustus. Sic Romani Pontifices sua nomina mutant, Leo X. sub quo Lutheri doctrinam Euangelij coepit instaurare, antea dicitur esse Iohannes Medices. Iulius II. antea Iuliani nomen habebat &c.

Prima uxor Esau uocata est Iudith, id est, Iudaea laudatrix, Ein lobfengerin. Hoc nomen mutatur in Ada אֲדָם id est, monile, ornamentum Tantzfraw, Ketenfraw, sedens libenter ad speculum & sese comens ac ornans.

Altera Basmath, id est, aromatica, bene olens, Ein Würtzstreuchlin, Postea uocatur Oolibama, uel Aholibama, ab אֹהֶל tabernaculo, die Schatzfraw, gnadfraw, fuit domina & regina. Supra dicitur has duas uxores fuisse amaras spiritui Ius & Rebecca, id est, excruciasse eos & totam familiam.



liam. Hinc facile fieri potuit, ut familia uocaret eam non Iudith sed Ada die geputzte tantzfrau, & alteram non Basmath, id est, odoriferam, sed Tyran- nicam Oolibama, quam uerisimile est eo etiam fuisse insolentio- rem, quod tres filios genuerat, cum reliquæ tantum singulos haberent.

Tertia, filia Ismael, prius dicta est Malech, uel Mahalath, id est, egrotans, infirma. Hæc mutat nomen in melius, & uocatur Basmath, id est, odorifera, bene olens.

## FILII ESAU ex Ada uxore.

HELIPHAZ) אֱלִיפָאז id est, Deus fortis. Hunc auum esse putant Eliphas Themanitæ, amici Iob, qui circa hæc tempora uixerit in terra Hus, quam in Idumæa fuisse ex Propheta Ieremia perspicuum est.

ex Basemath.

RAHVEL) רַעְוָאֵל id est, amicus uel pastor Dei.

ex Oolibama uxore.

IEHVS) יְהוּס congregabit.

IHELON) יְעֹלָם Iaalam, iuuenis uel absconditus.

CHORE) קֹרַח Korah, caluicies.

Habita-



Habitaui in monte Seir ) Mons Seir, sunt montes Arabiae Petrae, inter Palestinam & Mare Rubrum. Hæc regio ab Esau, qui Edomi cognomen habuit, IDVMEA appellata est. Et ex Idumeis nati sunt Antipater & Rex Herodes sub quo Christus natus est.

## II.

## NEPOTES

Esau.

*Fily Heliphaz.*

1. THEM AN, occupauit partem Idumee, cuius mentio fit Ierem. 49. & 25. & Amos 1.   
 *הימן auster.*
2. Omar) *אומר* Orator uel loquax.
3. Sephua) *צפוי* Zepho, speculator.
4. Gathan) *געתם* mugiens.
5. CheneZ) *קנז*.

*ex Thimna, Seir Horrai  
filia.*

6. AMELECH, à quo Amalechite in Idumee orti sunt, cum quibus Moses Exod. 17. & postea Israëlita Num. 14. pugnant: & quos Saul delere iussus est. 1. Reg. 15.   
 *עמלק* Id est, populus lambens.



*Filij Rahuel.*

Naath) נחא descendit.

Zara) זרא ortus.

Zemna) זמנא Samma, illic.

Meza) מזה adustus.

Filij Oolibamæ uxoris Esau prius nominati sunt.

Nepotes uero nulli hoc in loco recensentur.

Fuit autem pater Oolibamæ, Anas, filius Sebeon, filij  
Seir, ut statim audiemus.*III. Ducatus Nepotum  
Esau.**HI DVCES FILIO-  
rum Esau &c.*

Exposita Genealogia, deinceps filiorum Esau  
imperium & potentiam describit, Nepotes Esau  
quatuordecim, expulerunt Horreos, qui antea in  
mōte Seir habitauerunt, et facti sunt 14. duces, Alephim  
אלפים ab אלף mille. Nam si quis habuit aliquot  
pagos & mille uiros sub potestate sua, ille fuit Dux.

*IIII. Adfines Esau.**ISTI SVNT FILII  
Seir Horrei habitatoris  
terre &c.*

Adfines Esau recitantur in honorem Isaac, &  
propter



propter originem Edomitum posteritate significandam.

SEIR שַׁעִיר significat Satyrum, faunum, et Felteufel, hirsutum, pilosum, sicut fuit Edom natus, et fortassis antecessores eius in Seir simili habitus corporis fuerunt.

Horrei ab albedine dicuntur, fortasse quia sunt bysso, & weisse sciden, sicut Turci adhuc utuntur.

Thimnam sororem Lothan ducis Horrai ducis Eliphatz, inde natus est Amelech.

Seir.

Thimna, Lothan, Sobal, Sebeon.

Amalech. Ana Achais.

Oolibama  
uxor Esau.

Filij SEIR Horrai  
septem.

Lothan) לוֹטָן absconditus.

Sobal) שׁוֹבַל pes, uel spica.

Sebeon) auus Oolibamæ uxoris Esau.

זִבְעוֹן Zibeon, id est, discolor.

Anan)

Dison) דִּישׁוֹן unicornis.



Efer) אֶזְרָר thesaurus.

Disan) דִּישָׁן unicornis.

*Filij Lothan.*

Hori) הֹרִי principes candidi, illustres.

Eman) אֵמָן fremens.

*Filij Sobal.*

Aluhan) אֶלְחָן Aluan excelsus.

Maneeth) מִנֵּחַת ManaHath, Sacrificium, Oblatic.

Hebal) עֵבֶל Obal, crassus, truncus.

Sephi) צִפְרִי Sepho, caseus bubalus.

Onan) אֹנָן Onan, id est, dolor eorum.

*Filij Sebeon.*

ANA, pater Oolibama & Disan socer Esau. Is inuenit aquas calidas in solitudine, seu ut alij uerunt, inuenit Mulos in deserto, cum pasceret asinos Sebeon patris sui. Dicitur enim primus iunxisse Asinos cum Equabus. Vnde nati sunt Muli steriles quos Græci ἄγονες uocant.

עֵבֶר clamator, oppressor.

Achaia) אֵיָה Aiah, uultur.

*Filij Disan filij  
Seir.*

Abdan) אֶבְדָן Hembdan, desiderabilis.

Esban) אֶשְׁבָן fundamentum edificij.

Hiethran) יִתְרָן Ithran, abundans.

Charan) חָרָן id est, fouea.



*Fily Efer.*

Balaan בִּלְחָן Bilehan, uetus.

Zeuau זְעָוָן Zaauan, commotio.

Achan אֶכָן Akan, anxius.

*Fily Disan.*

HVS עֵרֶץ Vz, id est, Consilium.

Aran אֶרֶן arca, cista.

## V.

## REGES IDVMÆ

quorum Catalogus iisdem verbis recensetur in Paralipomenis

## Cap. I.

Pulsis enim Horraeis ex Seir, à quatuordecim Ducibus, qui erant nepotes Esau, Constituta est deinceps Monarchia in Edom. Nam οὐκ ἄρα ποταμοῦ Λυκοῖ ποταμῶν, εἰς κοίρας τοῦ ἔσω.

Ordine autem recenset nomina octo Regum, qui continua serie sibi mutuo successerunt.

I. Balach בֶּלַע Bela, helluo.

Alius est בֶּלַק Balak Moabita filius Beor)

בעֹר fatuus.

de Denaba) דִּנְחָבָה Dinhabah, id est, Indignum.

II. Iobab) Existimatur fuisse patiens, qui in ter-



ra Hus, quæ pars est Idumæa, habitauit.

ירבב dolens, eiulans.

Filius Zare) זרה zeraH, id est, ortus.

de Bosra) Vrbe Idumæa, cuius mentio fit Ierem.  
49. Esai. 63.

בזרה uindemia.

III. Husan השם primus dominus.

de terra Theman) תימן auster, uentus meri-  
dionalis.

IIII. Adad, חדר Adad, id est, Celeuma dilectus.

Filius Badadi בדר solitarius.

Percussit Madian מדין.

Nomen urbis eius Auith.

עוה peccauit.

V. Semla שמלה Samlah, sinistra.

de Maserecha משרקה Vineæ, Sorek.

VI. Saul שאול postulatus, uocatus.

de fluuio Roboth רחבה à latitudine.

VII. Balanan בעל חנן Baal Hanan, Dominus  
fauet.

filius Achobor, עבבור mus.

VIII. Adad חדר Celeuma, dilectus.

Vrbs eius Phou פעה uociferatus est.

Vxor eius Meezabel מתיטבאל id est, Quam  
bonus est Deus.

filia Matred מטרה id est, assidua.

filie Mizaad מי זחב Mezahab, id est, aqua  
auræ.



## VI.

## SEQUVNTVR DVCE

qui gubernarunt Idumæam usq[ue] ad

Davidem, qui totam Idumæam subegit.

- I. Thamna תַּמְנָא prohibens, impediens.
- II. Aluha אֱלֻהָא Id est, excelsus.
- III. Ietheth.
- IIII. Oolibama.
- V. Ela.
- VI. Phinon.
- VII. Cenez.
- VIII. Theman.
- IX. Mabsar.
- X. Mabdiel.
- XI. Hiram.

## CAPVT TRICE

## SIMVMSEPTL

M V M.

**H**istoria Ioseph amplissimam sapientiam  
multis doctrinae Christianae partibus, et



rima uirtutum politicarum illustra exempla continet. Præcipue autem illustrat doctrinam Ecclesiæ propriam de Calamitatibus & Cruce piorum, & ueris consolationibus in Euangelio traditis.

Quare initio summam doctrinæ de Cruce & Calamitatibus usitatis questionibus Methodi breuiter inclusam recitabo, ut deinceps in tota lectione historiæ Ioseph semper in conspectu & ob oculos uersetur. Ac à definitione ordiar.

**CRUX** propriè dicitur afflictio destruens naturam, non accersita nostra uoluntate, sed aut sequens communem infirmitatem naturæ hominum obnoxia mortis, morbis, inopiæ, & alijs doloribus ac miserijs, aut orta ab hominum malicia, à Tyrannis, & Diabolis persequentibus.

**CALAMITAS** in genere significat omne malum pœnæ, destruens naturam, siue αὐτόματον sit, siue ἐπιώσαν, id est, nostra culpa, nostris erroribus, & prauis cupiditatibus attractum. Ac sæpe eadem mala alijs sunt αὐτόματα, Alijs ἐπιώσαν, ut Bella.



SPECIES Calamitatum uariè distingui possunt.

A causis efficientibus, In ἐνδοτία, seu ἀνδραγαθία, seu ἐπιπονώα, & αὐτόματα.

A causa materiali, In pericula et cruciatus animæ, corporis, famæ & fortunarum nostrarum.

Ab obiectis. In calamitates Ecclesiæ & imperiorum.

A causis finalibus in Ecclesia sumuntur quatuor genera afflictionum.

1. τιμωρία, quibus certa delicta puniuntur, & Davidis exilium.

2. δοκιμασία, id est, Exercitia, quibus exercantur Sancti, ut proficiant, ut carcer Ioseph.

3. μαρτύρια, id est, Testimonia doctrinæ & mortalitatis, ut mors Pauli, Baptista, Laurentij.

4. ἀντίδοτον, id est, Persolutio pænæ pro alijs, quam prestitit solus filius Dei in tota obedientia, in omnibus periculis, doloribus & morte.

CAUSA EFFICIENS IMPULSIO principalis, cur tota natura hominum in Ecclesia & in impijs onerata sit morte & alijs calamitatibus, est lapsus primorum parentum, & peccatum commune, deinceps propagatum in totum genus humanum, Propter hanc naturæ depravationem omnes homines pii & impii uniuersaliter morti corporali, & cæteris ærumnis subiecti sunt. Rom. 8. 20.



Propter peccatum mors in omnes peruasit. Et ex hoc fonte principali sequentes duæ malorum humanorum causæ promanant.

II. Errores mentis humanæ in consilijs & deliberationibus sequentes lapsum & naturæ depravationem. Vt Cicero, Demosthenes, Aratus & similes honestissimam uoluntatem erga Rempub: habentes, in consilijs errant, & sibi ac Reipub. clades accersunt.

Cicero exclamat, ò me nunquam sapientem.

Aratus cum sanguinem expueret, hausto ueneno quod à Philippo, cuius coniunctionem propter honestas causas adpetiuerat, ipsi datum erat, inquit, ταῦτα εἰσὶ ἐπιχαρα βασιλικῆς φιλίας.

Plato inquit, Sapientiam humanam esse ἀμφισθενήσι μορὸν ἀνρ. Herodotus, τὰ σφὶ ἐδ' ὅκεε ἄριστα βεβελεύειν ἐν τ' ὅτοις μάλιστα ἐσφάληται.

III. Præuæ cupiditates antecellentiæ, uindictæ, honorum, pecuniæ, uoluptatum, de quibus dicitur.

ἡρώτης δὲ καὶ πάντων ἐπιθυμία ὄζει.

Fons omnium malorum sunt cupiditates præuæ. Item ματαοὶ ματαὰ λογίζοντ' ἐπιθυμίας.

Aliudq; cupido, mens aliud suadet. Et Seneca, Quod ratio poscit, uincit ac regnat furor.

IIII. Tyrannis Diaboli horribiliter sæuentis in hanc imbecillē naturam hominum, & excitantis bella, seditiones, sterilitatem, morbos, & omnia cor-

8 4 porum



porum exitia. Hic quoq; conjugem Potipharis sollicitandum Ioseph de adulterio, & postea ad machinandum ei exitium impulit.

**MATERIA IN QVA**, omnium calamitatum in Ecclesia & in impijs, seu subiecta, quæ destruuntur calamitatibus, sunt primum anime hominum, quæ admissis sceleribus horribiles cruciatus & pauores sustinent, qui absumunt naturam, & extinguunt hominem, & initia sunt mortis æternæ. Horum cruciatuum magnitudinem, nulla vox humana eloqui potest. Huc alij quoq; dolores animi pertinent, ut Mœsticia, curæ, sollicitudines perpetuæ tota uita, & omnium affectuum perpetui aestus.

Secundo, corpus destruunt, omnia corporum membra, lacerationes neruorum, omnia morborum tormenta, & mors.

Tertio, Res seu bona utilia, quæ destruuntur bellis, incendijs, diluvijs, sterilitate, inopia, famina, infœlicitate, & calamitatibus liberorum & possessionum.

Quarto, Fama deformatur calumnijs &c.

**FORMALE** calamitatum est destructio anime, corporis, famæ & omnium facultatum. Sicut bonum est ordinatum ad conseruationem naturæ, ita ut uulgo dicitur,

Bonum est conseruatiuum, congregatiuum, & confectiuum.



consociatuum sui. Malum est dissipatuum et destruc-  
tiuum sui ipsius.

FINES precipui, propter quos tota natura  
hominum tanta mole calamitatum premitur, duo  
sunt.

Primus, ut agnoscant homines ueram & hor-  
rendam iram Dei aduersus peccatum.

II. Ut horrendis spectaculis poenarum, & atro-  
cium casuum homines flectantur ad timorem Dei,  
pietatem, moderationem, & frenandas cupiditates,  
quibus ærumnæ accersuntur. Et sicut Pindarus oda  
secunda Pythiorum inquit. Ixionem implicitum ro-  
ta apud inferos clamare hanc uocem, quam Vergi-  
lius reddidit: Discite iusticiam moniti & non tem-  
nere diuos. Ita omnium calamitatum hæc precipua  
conicio est.

Hactenus de causis communibus omnium mise-  
riarum Ecclesiæ & impiorum diximus.

Nunc de causis calamitatum Ecclesiæ proprijs  
questio est multo difficilior, cur Ecclesia magis one-  
rata sit, quam alij homines, cum tamen iusta sit, &  
populus Dei. Cur Ioseph innocens, primum pro-  
pter pietatem erga patrem, odio habetur à fratri-  
bus & uenditur. Cur postea propter seruatum ca-  
sti pudoris decus conijcitur in carcerem. Cur Iacob  
in uniuersa uita tanta ærumnarum mole premitur.  
Cur Abel iustus à fratre Cain: Cur Baptista ab He-

8 5 rode.



rode. Paulus à Nerone interficiuntur. Hic precipue  
res causæ duodecim tenendæ sunt, quarum quatuor  
sunt impulsivæ. Reliquæ finales.

## CAUSÆ EFFICIENTES.

1. Etsi Iacob, Ioseph & tota Ecclesia est iusta in  
putatione: Tamen adhuc in hac corrupta natura  
heret peccatum derivatum ex lapsu primorum  
parentum, quod vult Deus aboleri per mortem,  
ideo & Ecclesia onerata est morte & alijs commu-  
nibus calamitatibus, ut in alijs hominibus, Rom. 7.  
Genes. 3.
2. Immundities naturæ interior, videlicet, De-  
bitationes de Deo, securitas, Admiratio sui, propter  
hanc magis oneratur Ecclesia. Quia Deus vult in  
Ecclesia iram suam aduersus hæc interiora mala,  
quæ mundus negligit, conspici & intelligi.
3. Odium Diaboli rabiosius insidiantis Ecclesie,  
Gen. 3.
4. Certa delicta Sanctorum in Ecclesia, quæ cer-  
tis poenis puniuntur, Vt lapsus Davidis, exilio: sceler  
ra Manaßes, carcere puniuntur.

Causæ FINALES sunt octo.

Prima & præcipua est. Exploratio & Exerci-  
tatio timoris Dei, fidei, inuocationis, tolerantie, con-  
fessionis & constantie Sanctorum. Hæ summæ vir-  
tutes exuscitantur & crescunt in Iacob, Ioseph, &  
alijs



alijs pijs, cum arumnis exercentur. Nam in rebus secundis uirtutes in omnibus fiunt languidiores, & paulatim extinguuntur.

II. Ut agnoscant pij iram Dei aduersus peccatum commune totius generis humani.

III. Vult Deus afflictiones Sanctorum esse testimonia doctrinae.

IIII. Necesse Sanctorum uult esse testimonia immortalitatis.

V. Ut efficiantur similes imaginis filij Dei, ut Ioseph coniectus in carcerem, & inde liberatus, & collocatus ad dexteram Pharaonis, Imago est Christi crucifixi & sepulti, resuscitati & sedentis ad dexteram aeterni Patris, ut Zach. 9. dicitur. Tu autem in sanguine Testamenti eduxisti uinctos de lacu in quo non erat aqua. Est autem Ioseph coniectus in cisternam.

VI. Ut emendent mala interiora admirationem sui, securitatem, superbiam, & caueant futuros lapsus. Sic Ioseph facilius potuisset alere superbiam, admirationem sui, & patris beneuolentia ad exercendam petulantiam abuti.

VII. Ut Dei praesentia & auxilium in mirandis liberationibus conspiciatur. Sic Ioseph gloriose liberatus cernit se Deo curae esse, & Deum ipsi in calamitate adfuisse.

VIII. Ut manifestum sit pios prestare obedientiam



tiam non propter aliqua corporum commoda, sed tantum propter gloriam Dei, sicut Ioseph castitatem antefert suæ uitæ, & omnibus corporis periculis.

Expositis causis calamitatum, deinceps Remedia seu Consolationes opponendæ calamitatibus considerandæ sunt.

Ac prodest conferri consolationes Philosophicas & alias Ecclesiæ proprias. Quæ ut illustriores fiant Exemplum Socratis in carcerem coniecti, cum Iosephi carcere componemus.

Ut SOCRATES in carcere expectans supplicium minus impatienter fert id malum.

1. Propter necessitatem. Nam dolendo vitare supplicium non potest, Ideo flectit animum ad moderationem, ne dolendo duplicet malum.
2. Scit Socrates uirtutem anteferendam esse dolori, & fortitudinem esse reuocare animum ad tranquillitatem, quantum fieri potest. Scit Aiacem iniuste fecisse, quod uictas dolore sibi ipsi mortem consciuit. Et ipse in Apologia inquit, Non mortem, sed turpitudinem esse fugiendam.
3. Habet bonam conscientiam, quæ præcipuum solatium est rerum incommodarum, ut uulgo dicitur, Est aliquid magnis crimen abesse malis.
4. Intuetur exempla Palamedis, Miltiadis, Themistoclis & similium uirtute & sapientia præstantium,



tium, qui iniuste in carceres & supplicia & exilia coniecti sunt. Iniustum est autem appetere inæqualitatem.

5. Confert euentus, & statuit sibi melius esse se nunc mori & liberari ab huius uitæ miserijs, quam diutius uiuere.

6. Mauult iniuriam ferre, quam occasionem præbere maioribus tumultibus. Vt Aristides, Scipio malunt in exilium ire, quam turbare patriam.

7. Obscuram spem habet migrationis ad uitam meliorem, in qua consuetudine Palamedis, Orphei, Homeri, Musæi &c. fruatur.

Has consolationes Socratem sibi proposuisse Plato in Apologia & Critone testatur.

Ac inter hos locos uersantur omnes Philosophicæ consolationes, quæ etsi in leuioribus ærumnis utcumq; leniunt dolores, tamen in maioribus tantum minore cruciatu sepeliunt hominem, non ostendunt certum exitum aut liberationem. Ideo opponendæ sunt Euangelicæ consolationes in Ecclesia, quæ etiam si hos titulos philosophicarum consolationum retinent. Tamen & res maiores sub ijs complectitur, & præterea alias uerè efficaces extra & supra iudicia philosophica positas, & immensa bonitate Dei in Euangelio patefactas & prolatas ex sinu æterni patris per filium addit.

Sunt autem decem fontes ex quibus ueras & salutare



tares consolationes animi piorum in Ecclesia habere possunt.

I. Neceſſitas intuens non ſolum immutabilitatem ſed etiam uoluntatem Dei, cui neceſſe eſt obedire, qui cum certo conſilio Eccleſiam onerari arumini, non eſt eius ſapientiae & iuſticiae repugnandum, ſicut ſcriptum eſt, Humiliemini ſub potenti manu Dei. Ita Ioseph ſe uoluntate Dei in hanc ſeruitutem & carcerem incidiffe cogitat, & reuerenter ſe uoluntate Dei ſubiicit.

II. Dignitas uirtutis anteferenda rebus ſecundis & aduerſis, ut Ioseph caſtitaſtem animi & corporis anteferat gratiae ſuae dominae, & omnibus opibus & uoluptatibus, quibus frui potuiſſet. Et poſtea propter arumnas non deficiat a Deo, nec punitu caſu ferri humana, nec contra alia Dei mandata facit.

III. Bona conſcientia & uulnerata conſcientia, ſanatio per fidem, quae amplectitur promiſſionem reconciliationis propter Chriſtum, Nam gratia exuberat ſupra peccatum.

IIII. Exempla filij Dei, Abelis, Abrahae, Iacob, Baptiſtae, Apoſtolorum, Martyrum & totius Eccleſiae, quam oportebat ſimilem effici imaginis filij Dei.

V. Collatio euentuum. In rebus ſecundis omnia ſunt inſolentiores, & obliuiſcentes ac negligentius Deum,



Deum, securius laxant frenos cupiditatibus & uicijs se contaminant, Ideo prodest nos coherceri eorum calamitatibus.

VI. Cause finales octo supra recitate sunt, & plures addi possunt, & testimonia adiungantur. Psalm. 118. Bonum mihi Domine, quod humiliasti me. 1. Corinth. 11. A Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Prouerb. 3. Quem diligit Dominus corripit.

VII. Agnitio bonæ uoluntatis, presentie & auxilij diuini, ut dicitur Ezech. 33. Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Psalm. 91. Cum ipso sum in tribulatione, Vt Sol brumæ tempore, etsi longissimè à uertice nostro distat: Tamen terre proximus est. Sic Deus nunquam propius adest pijs, quam tum, cum longissimè ab eis discessisse uidetur. Psalm. 33. Propè est Dominus inuocantibus eum. Nahum. 1. Bonus Dominus, & confortans in tribulatione.

VIII. Promissio certa mitigationis calamitatum in hac uita & auxilium DEI, iuuantis, sustentantis, & corroborantis nos, ut perferre onus possimus.

IX. Certa spes læti exitus certò expectandi in uita æterna, etiamsi in hac uita non liberamur, ut Iob inquit, Etiamsi occiderit me, tamen sperabo in eum. Item, Nemo rapiet oues meas ex manibus meis. Et tamen ualde multæ sunt liberationes etiam in hac



hac uita ut Iob, Ioseph, & alij innumerabiles refecti sunt. Quia uult Deus etiam in hac uita seruam Ecclesiam, uult conspici in talibus liberationum suam presentiam.

X. Ad has promissiones accedere debet fides inuocatio, & spes auxilij & liberationis, & hac omnia coniuncta fiunt sacrificia gratissima Deo, ut Psalm. 51. dicitur. Sacrificium Deo Spiritus tribulatus. Hos locos consolationum in conspectu habere ualde prodest, Quos ad totam historiam Ioseph & patrem Iacob, & aliquos etiam fratres Ioseph suo loco accommodabimus.

## L O C I   X X X V I I . C A P I T I S .

I. Philostorgia Iacob erga Ioseph, & communis impiorum parentum erga liberos est uestigium DEI impressum cordibus, ut nos de amore aeterni Patris erga Filium, & erga nos, quos propter Filium diligit, commonefaciat. Matth. 3. Hic est filius meus &c. Tit. 3. Apparuit Χριστός υμῖν φιλανθρωπία Dei.

II. De Aemulatione, quae est odisse alterum, & uelle eum premere aut tollere, non quia laesit nos, sed quia dolemus eum nobis antecellere. Sicut fratres oderunt Ioseph propterea, quod magis diligebatur. Saul incenditur emulatione aduersus Dauidem.



uidem. Aaron uritur Moyſi gloria. Fons emulationis eſt ſuperbia, & uirtus oppoſita eſt ταπεινωφροσυνη.

I. De ſomnijs, & diuinatione per ſomnia. Sunt autem quatuor genera Somniorum.

1. Diuina, quæ Deus inferit mentibus, uel per ſeſe, uel per Angelos, & quibus dat expreſſum teſtimonium, quod ſint diuinitus oſtenſa, ut Genes. 28. 41. Daniel. 2.

2. Præſagientia, quæ quibuſdam quaſi Allegorijs pingunt futuros euentus. Cum autem genus monſtrent non diſertè ſpeciem, ideoq; ambigua ſint, incerta, & fallacia, nihil ex eis certi ante euentum prædici poteſt. Vt Xenophon inquit, Αναβ. 3. 6. οτι ορ μὲν δὴ ὅτι δὲ τοιούτων ὄντων ἰδὲν, ἔξεσι σκοπεῖν ἐκ τῶν συμβάντων μετὰ δ' ὄντων.

3. Phyſica, cum reſpondent ſomnia certis humoribus aut ijs rebus, quas interdum cogitamus.

4. Diabolica, ut ueneficarum. Item Xerxis in Polymnia Herodoti.

Cum autem nihil fugacius ſit ſomnijs, non potuiſſet Pindarus hominum fragilitatem & imbecillitatem illuſtrius pingere, quam quod inquit ἐφ' αὐτοῖς σκιάς ὄντων ἄνθρωποι, id eſt, Umbrae ſomnium ſunt homines.

IIII. Pietas erga parentes, quæ eſt tribuere  
h paren-



parentibus debitum amorem, & honorem. Triam  
tem complectitur honor.

- 1 Agnitionem Dei.
- 2 Obedientiam externam.
- 3 Ἐπίκειρα.

V. Veræ Ecclesiæ admixti sunt multi Epicuri  
& Hypocritæ, & multis morum scandalis defor-  
mati. Ut in Ecclesia Iacob pleriq; fratres se patri-  
cidio contaminant. Sed propterea non sunt facien-  
schismata, & non est à uisibili cœtu discedendum, in  
quo pura uox Euangelij sonat, & Sacramenta rectè  
administrantur. Et iuste taxantur Donatistæ,  
propter mores ministrorum se ab eorum Ecclesijs  
seiuungunt.

VI. Ærumnæ Ioseph uenditi in Ægyptum &  
coniecti in carcerem, docent nos de mirando con-  
silio Dei subijcientis pios cruci, cuius causas  
recitauimus. Ac precipuæ sunt.

1. Afflictiones Ioseph sunt ὑπομώδων reliquiarum  
peccati in Ioseph.
2. Sunt δοκιμασίαι seu exercitia & confirma-  
tiones fidei, constantiæ, confessionis, patientiæ, inuoca-  
tionis, & cæterarum uirtutum in Ioseph.
3. Ut potentia, præsentia, auxilium & miranda  
liberatio diuina illustrius conspiciatur.
4. Ne Ioseph beneuolentia patris ad exercitijs  
petulantiam abutatur.



5. Vt doctrinam de Deo Ioseph in Ægypto late  
spargeret & propagaret.

VII. Cæcitas improborum, qui ipsi produnt sua  
scelera.

VIII. Cum semel mentes excusso gubernatore Spī  
ritu sancto contaminarunt se sceleribus, postea ru-  
unt cæci, & amentes, et peccata peccatis cumulant,  
ut fratres Ioseph, non solum fratris, sed etiam patris  
quantum in ipsis est, parricide fiunt, deformant Ec-  
clesiam & professionem suam, cumulant mendacia,  
quibus tegunt suum scelus.

IX. Luctus Iacob monet placere Deo, ut no-  
strorum desiderio afficiamur, & mortuos lugea-  
mus. Ideo enim storgæ humanis pectoribus, diuinitus  
indita sunt. Monet item quanta magnitudo sit dolo-  
ris paternæ in calamitatibus liberorum. Vt etiam  
Timantes pictor significauit, Qui in mactatione  
Iphigeniæ cum omnem tristitiæ imaginem in cæte-  
ris consumpsisset, patris faciem pinxit pallio inuolu-  
tam, quam digne non poterat ostendere.

X. Supra audiimus uocem יְהוָה quam in-  
fernum hoc loco uerterunt, significare non sedem, et  
regionem damnatorum, sed locum beatæ Ecclesiæ.  
In eo inquit Iacob se filij sui Ioseph consuetudine  
usurum esse, quoniam sibi uiuo nō concedatur ipsius  
conspectu & complexu frui.

b • XI. Ioseph



XI. Ioseph uenditus 20. argenteis, imago  
CHRISTI uenditi à suo fratre & Apostolo  
da 30 argenteis.

## TEXTVS.

Tunicam Polymitam, id est, uersicolorem, uari-  
am, uirgum filum & propriè licium significat, de  
eintrag, quod inseritur stamini.

Resina in genere est uiscidus & lentus humor  
ex arboribus defluens, & in eis residens. Fluit  
tem ex multis arboribus.

Præstantissimum est autem Terebinthi Resina,  
quæ astringit, coquit, digerit, prohibet putredinem.  
Sed ualgo pro ea utuntur piceæ Resina.

Stacte preciosissimus & pinguisimus & optimus  
succus, qui ex recenti Myrrha destillat, à sacro  
stillo.

Reliqua Myrrha tantum uocatur, quæ incisa  
arboris profluit. Est autem arboris Arabicæ lachry-  
ma, calida, sicca. Tergit potenter, sed sine asperatio-  
ne: digerit, sed sine arrosione: siccatur, sed sine aspi-  
ratione, percoquit prauos humores.

Ad hanc historiam Myrrhæ alludit Psal. 44. Vi-  
stes Ecclesiæ sunt Casia, Aloe, Myrrha.

Nam Crux Ecclesiæ detergit & tollit prauos  
humores.



humores, seu uiciosos affectus, securitatem, superbiam, admirationem sui, flammam libidinum, sed sine arrosione, id est, non perdit, sed est salutaris Ecclesie, quæ ut Ilex duris tonsa bipennibus ab ipso ducit opes animumq; ferro.

# CAPVT XXXVIII.

## LOCI PRÆCIPVI.

I. Exemplum horrendorum lapsuū. Iudæ & Thamar, sunt Testimonia, Primum ingentis imbecillitatis omnium Sanctorum, qui leui occasione in tetra & horrenda scelera præcipites labuntur. Deinde ingentis misericordie Dei, recipientis turpissimos, & horrendis flagitijs contaminatos peccatores poenitentiam agentes. Nemo igitur atrocitate suorum lapsuum impulsus de gratia Dei desperet. Certus enim sermo est omnibus modis amplectendus, Quod IESVS CHRISTVS uenerit in Mundum, Peccatores saluos facere, Quorum primi sunt Iudas, Thamar, Ruben, Simeon, Leui. Sed



ui. Sed ideo misericordiam consecuti sunt, ut in illa ostēderet IESVS CHRISTVS omnem misericordiam, ut proponeretur exemplar ijs, qui credituri essent, in ipso ad uitam eternam.

II. Cernit DEVS omnia uindex, & semper atrocia scelera etiam in hac uita punit. Ideo Her & Onan (summa petulantia, liuore & malicia impulsus, ut semen prouocatum in terram profundat interfecit.

III. Genealogia Christi, qui secundum carnem ex Iuda & Thamar natus est.

IIII. Christus pro nobis factus est peccatum, & ex incestuoso concubitu & scorto ortus est, & omnes nostras turpitudines in se transiit, ut nos fiamus iusticia DEI per ipsum. 2. Corinth. 5.

V. Non solum Iudæi, sed etiam gentes pertinent ad societatem Ecclesie Dei, Vt Thamar Cananea, Ruth, Moabit, Bethsabea Hebraea &c.

VI. Chronologia seu series temporum consideretur. Nam omnia quæ in hoc capite describuntur, ante mortem Isaac, cuius supra in fine 35 Capitis mentio facta est, contigerunt.



*Sit autem in conspectu hæc Tabella,  
quæ lucem aliquam Historiæ  
Iocobi affert.*

ANNO ÆTAT: ÆTAT:

mūdi. Isaac. Iacob.

2108	60	0	Iacob nascitur, anno 60. Isaac Gen. 25.
2133	75	15	Abraham moritur, Gen. 25.
1582	110	50	Sem filius Noha, Melchisea dech moritur, Gen. 11.
2192	144	84	Iacob celebrauit nuptias cum Lea & Rachel, Gen. 29.
2193	145	85	Ruben nascitur.
2194	146	86	Simeon nascitur.
2195	147	87	Leui nascitur.
2196	148	88	Iudas nascitur.
2197	149	89	Dan nascitur.
2198	150	90	Naphtali nascitur.
2199	151	91	Ioseph nascitur.
	152	92	Gad nascitur.
	153	93	Aser nascitur.
	154	94	Isaschar nascitur.
	155	95	Zebulon nascitur.
2205	157	97	IACOB ex Mesopotamia re- dit in terram Canaan & ha- bitat prope Sichem, Genes. b 4 11.72.



ANNO mūdi.	Ætat: Isaac.	Ætat: Iacob.	IN GENESIN
			31.32.33. Et paulo post migrat in Bethel, ubi mortua est De- bora, Gen. 35.
			Sequenti uere, iter instituit ad patrem Isaac in Hebron, in eo itinere Beniamin natus est & Rachel in partu extinctus prope Bethlehem. Gen. 35. Vi- xit autem Iacob apud patrem Isaac adhuc 20. annis.
2208	160	100	Circa hunc annū (iuxta Lu- therum) Iudas descendit à Fra- tribus in Odollam, & ducit fi- liam Sue, Gen. 38.
		101	Her nascitur.
		102	Onan nascitur.
		103	Sela nascitur.
2216	168	108	IOSEPH uenditur à fra- tribus cum esset septendecim annorum, Gen. 37.
2221	173	113	Iudas filio Her dat uxorem Thamar, qui eodem anno in- terficitur, & ingreditur ad eum Onan, qui à DOMINO percutitur, Gen. 38.
2224	176	116	Euolutis multis diebus, mor- tua est uxor Iudæ, filia Sue. Iu- das ex incesto concubitu cum Tha



ANNO mūdi.	Ætat: Isaac.	Ætat: Iacob.	CAP: XXXVIII.
			Thamar, gignit Phares & Saram, Gen. 38.
2226	178	118	Circa hunc annum Ioseph calumnijs Domine sue conijci- tur in carcerem, Gen. 39.
2227	179	119	Pincernæ & Pistoris som- nia interpretatur Ioseph. Ge- nes. 40. Post biennium libera- tur Ioseph, Genes. 41.
2228	180	120	ISAAC moritur, uno anno ante liberationem Ioseph, Ge- nes. 35.
2229		121	Ioseph liberatur ex carce- re, & constituitur Princeps Ægypti, anno Ætatis sue 30. Genes. 41.
			Sequuntur anni septem fer- tilitatis & duo anni famis, Genes. 43. 45. quibus expletis, nascitur Esrom & Hamul ex Phares.
2238		130	Iacob cum familia descen- dit in Ægyptum, Anno ætatis sue 130. Gen. 46. 47.
2255		147	Iacob moritur, Gen. 50.
2310			Ioseph moritur, anno ætatis sue 10. anno post mortem pa- tri Iacob 54.
			h s NOMI



## NOMINA PROPRIA

XXXVIII. CAPITIS.

- Iudas) Iehuda, Confessor ab Iadah, confessus est.  
 Odollamites) אדולם Adulam, oppidum in tri-  
 bu Iuda inter Bethlehem & Eleutheropolin, qua-  
 ius mentio fit in historia Davidis, 2. Reg. 22. Item  
 Ios. 12. Mich. 1. 2. Reg. 23. & alibi.  
 Hiram) הירא Hirah, id est, iratus, iracundus.  
 Sue) patris nomen est שוע Sua, id est, clamor, orator  
 uel opulentus.  
 Her) ער Er, id est, orbus uel uigilans.  
 Onan) אונן Ona uaria significat, uis, fortitudo, la-  
 bor uel luctus eorum.  
 Sela) שלח Schelach, id est, pacificus.  
 Thamar) id est, palma arbor.  
 Mortua est Sue) In Ebraeo, Mortua est filia Sue, ux-  
 or Iuda.  
 Thamnias) תמנא Thimnatha, perfectio diti.  
 Oppidum est in finibus tribuum Dan & Iuda.  
 Teristrum) Velum aestiuale, seu palliolum, quo in  
 aestate corpora foeminarum tegebantur, ἀστράγαλος  
 ἑστῆτος, οὐκ ἀνὲν ἑστῆτος ἑστῆτος &c.  
 Arrabo) ab Ebraea uoce ערב Arab, spondat, pro-  
 gnori dedit.  
 Armillam) uel ab armis. Nam ueteres solebant bra-  
 meros una cum brachijs armos uocare, uel à  
 Græco ὀρμος.

Cocci.



Coccinum) id est, filium coccinei coloris, rosen  
rot, uel lichtrot.

Phares) פָּרֶז Pharez, à Pharaz, id est, interrupt,  
diuisit.

Zaram) זָרַם ortus est, indigena.

## CAPVT TRICE

SIMVMNO

NVM.

LOCI PRÆCIPVI.

I. *De prosperis successibus in  
Vocatione.*

II. CONTINENTIA Ioseph.

III. *De Calumnia.*

IIII. *De causis, Cur Ioseph innocens  
tantis ærumnis subijciatur. Et  
de consolationibus piorum in  
Cruce &c.*

I.

IN omnium uocationum laboribus obeundis uti-  
lissima



lissima & salutaris Regula est. Neccessaria est uocationis officia diligenter & constanter facienda esse, & simul fide à Deo petendum & expectandum esse auxilium, & sperandos euentus salutare, etiam si non statim eos cernimus, & solis humanis consilijs & uiribus non posse feliciter regi uocationem, nec salutaria agi, ut hic dicitur, Fuit Dominus cum eo, & omnia prospere egit. Et Christus inquit, sine me nihil potestis agere. Item, Commenda Domino uirtutes, & ipse faciet. Et similia dicta passim extant, Χωρίς Θεῶν ὅπουδ' ἐστὶν εὐτυχία ἑρπύς, Item, Θεὸς δὲ δόντος οὐδὲρ ἰσχύει φθόνος, Ἐμὴ δὲ δόντος οὐδὲρ ἰσχύει πόνος.

## II.

## CONTINENTIA

Ioseph.

Non solum ingens ceterarum uirtutum ornamentum est, Castitas uitans libidines à Deo prohibitas, sed etiam prorsus in omnibus pijs necessaria est. Nam sine eo nemo placet Deo, nec possunt in mente impudica simul existere fiducia in Deo acquiescens uera Inuocatio, Dilectio Dei, & ceteræ uirtutes. Imo æternis & præsentibus pœnis omnes contaminati spurcie plectuntur. Quare singulari intentione & cura, casti pudoris decus ab omnibus pijs tenendum.



dum est. Etsi autem passim in Ethnicorum historijs multa leguntur illustria continentiae exempla. Vt Pelei abstinentis à Cretheide Acasti Regis Magnae uxore, à qua sollicitabatur, in s. oda Nemeorum Pindari: Scipionis cohibentis se à captiua Allucij sponsa, lib. 2. 6. Liuij: Pausania à Captiua Coa, in Calliope Herodoti: Hyppoliti fugientis consuetudinem nouerca à qua petebatur. Item Bellerophontis abstinentis ab Antia Proeti uxore, à qua sollicitatus erat &c. Tamen omnibus ceteris Iosephi exemplum, in Ecclesia longissimè antecellit. Ac perspicuum discrimen faciunt causae efficientes & finales, quarum commemoratione nos quoq; ad huius uirtutis decus amplectendum exuscitabimus.

In Ioseph Continentiae αἰτίον seu causa principalis est Spiritus sanctus, accendens in mente Ioseph cogitationem uerbi & mandati diuini, & causarum finalium, propter quas castitatis decus omnibus uitae periculis anteponendum est, & mens Ioseph cogitans mandatum diuinum. Item, Spiritus sanctus mouens & adiuuans uoluntatem, ut obtemperet uerbo Dei, & coerceat externa membra, & ipsa uoluntas suo etiam conatu repugnans illecebris, & obtemperans mandato Dei.

Συνάτριά sunt fides praelucens & petens auxilium Dei, & dona Dei seu φρονήσις ἀρετῶν quae sunt semina uirtutum.

Συνώρυγαι sunt labores, quibus reprimuntur errantes



rantes cupiditates. Item, Temperantia & diligentia in uitandis occasionibus, ut dicitur, Vitare peccata est uitare occasiones peccandi, id eis, congruentias locorum, temporum, quæ delinquendi uiam præbent.

Si sepe cum sola collusisset Ioseph, attrectasset sinum, ebrius fuisset, facile labi in adulterium potuisset.

Cause Finales Iosepho & ceteris pijs uitantibus adulteria, scortationes, & alias libidines à Deo prohibitas propositæ sunt.

1. Vt Deo præcipienti castitatem obtemperet, ut dicitur, Non mœchaberis. 1. Thess. 4. Hæc est uoluntas Dei castitas uestra.

2. Vt agnoscant Deum esse mentem castam, eamque à malis & immundis naturis discernat.

Castus Deus mens est, casta uult mente uocari.

3. Vt retineat gratiam, & uitæ æternæ possessionem, 1. Corinth. 6. Fornicatores & Adulteri non possidebunt regnum Dei. Ephes. 5. Omnis scortator & immundus non habebit hereditatem in regno Christi. Ebræ. 12. Sectamini sanctitatem sine qua nemo uidebit Deum.

4. Ne à Deo puniatur æternis & præsentibus pœnis. Manet enim Regula æterna & immutabilis. Ebræ. 13. Fornicatores & Adulteros puniet Deus, uel in hac uita, uel in altera. Vt testantur Diluuium



conflagratio Sodomorum, ciues Sichem, Tribus Benjamin deleta, David, Troia euersa propter adulterium. Expulsi Reges Roma propter Lucretiam compressam.

5. Ne deformet doctrinam scandalis, & ne fama libidinum abalienet animos à doctrina.

6. Ne inuitet malos ad imitationem.

7. Ne amittat dona spiritualia, & plectatur cecitate errante in opinionibus, sententijs, consilijs, negocijs &c. & omnes actiones spirituales extinguantur. Ose. 4. Fornicatio & ebrietas auferunt cor.

8. Ne suo peccato noceat alterius conscientie, ipsiusq; corpus & animam à Deo auulsam impellat in perpetuum exitium.

9. Ne publicas poenas attrahat toti Reipub. ut postea paucorum libido in Gabaa toti tribui Benjamin: Vnius Paridis adulterium toti Troie exitio fuit.

10. Ne à Magistratu politico poenis ciuilibus puniatur.

Has causas continentie Ioseph consideremus, & in nostris quoq; pectoribus exuscitemus, petamus accendi mentes, & iuuari uoluntates nostras à Spiritu sancto, annitamur ipsi quoq; ut mandato diuino obtemperemus, & honestis laboribus uiciosos impetus reprimamus, & singulari intentione & diligentia occasiones uitemus.

Scipio abstinet à captiua Allucij sponsa. 1. Quia  
meus



mens cernit pulchritudinem uirtutis, & cogitat glori-  
 riam rerum à se gestarum non esse libidinis famam  
 deformandam, & uoluntas huic iudicio mentis firmi-  
 ter obtemperat. Deinde accedunt συναιτίαι. Be-  
 ne inclinationes, siue Heroici impetus ad uirtutem,  
 Et σφοδρά, labores militares, Temperantia, pe-  
 ctus occupatum curis Reipub. &c. Sicut ipse in-  
 quit, Si non Respub. animum nostrum occupauisset  
 &c.

## III.

## DE CALUMNIA.

Calumnia est rectè dicta aut facta cupiditate  
 nocendi iniusta & malitiosa deprauare, de qua lo-  
 gatur eruditissimus & uenustissimus Luciani Dia-  
 logus. πῶς τὸ μὴ ἔα δ' ἰσὺς πῆσεν ἂν δ' ἰαβολῷ.

Quartus locus supra principio 37. capi-  
 tis copiosè explica-  
 tus est.

CAPVT



CAPVT  
XL.

Loci tres præcipui.

I. Si moram fecerit Dominus expecta eum, quia ueniens ueniet & non tardabit. Non igitur præscribatur Deo tempus liberationis, nec abijciatur spes salutis propter moram, quæ & exercitium fidei & inuocationis reddit ardentius, & constantiam nostram explorat, & illustrius reddit nos immediatè ab ipso Deo sine causis secundis adiutos esse, ut Ioseph, etsi moram facit Dominus per integros tredecim annos, quibus in seruitute et carcere uixit, tamen expectat eum, & mitigationem ac liberationem experitur.

II. De somnijs & de Diuinatione.

III. De ingratitude. Vt enim Pincerna liberatus obliuiscitur Ioseph, Sic omnes Homines memoriam accepti beneficii facile ex animo effluere sinunt, iuxta illud Catulli.

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne, est.

Pindarus, παλαιὰ γὰρ ἔνδ' ἡ χάρις ἀμνάμο-  
νος δὲ ἑσποτοί, id est, Antiqua gratia dormit, Et

Homines sunt immemores. Cicero, Cui do-  
let, meminit, cui placet, ob-

liuiscitur.

⚭ CAPVT



IN GENESIN  
CAPVT QVA-  
DRAGESIMVM.  
PRIMVM.

## LOCI

- I. Et præcipuus locus est, Exem-  
plum mirandæ liberationis  
Ioseph.
- II. De somnijs & diuinatione per  
somnum.
- III. Nerui euehentes ad gubernas-  
tionem.
- IIII. De officio boni Principis, &  
forma optima gubernatio-  
nis.
- V. De bonis corporalibus, quod  
Deo curæ sint, & cur diui-  
nitus dentur.
- VI. De fame.

DE



## I.

DE LIBERATIONE  
ne ex ærumnis.

**H**istoria Ioseph eduſti ex carcere, & eueſti ad  
faſtigium regni Aegyptiaci, illuſtrè exemplum  
eſt mirandæ liberationis ſanctorum, de qua uerſicu-  
lus Pſalm. 33. concionatur. Multæ tribulationes iu-  
ſtorum, ſed ex omnibus liberabit eos DOMINVS.  
Etiſi enim DEVS certo conſilio Eccleſiam in hac  
uita ærumnis exercet, & differt liberationem pio-  
rum ex omnibus miſerijs in uitam æternam, tamen  
etiã ſæpe in hac uita ſanctos glorioſè ex corpora-  
libus ærumnis liberat, ut gloria ipſius celebretur,  
hoc eſt, ut mirandæ liberationes teſtentur Deo curæ  
eſſe Eccleſiam.

2. Vt blaſphemi refutentur, qui deſertis pijs uo-  
ciſerantur nihil eſſe prouidentiam, non eſſe ueram  
doctrinam Eccleſiæ Dei.

3. Vt fides piorum confirmetur. Quod Deus uerè  
nos recipiat, nos exaudiat, adſit opitulator etiã  
cum deſtituimur à cauſis ſecundis.

4. Vt Eccleſia rectè Deum agnoſcens & cele-  
brans ſeruetur.

5. Vt cum hæc beneficia recitantur, multi agno-  
ſcant Deum, & ad amorem Dei ac fidem & confeſ-  
ſionem inuitentur.

i

6. Vt



6. Vt pij in ferendis laboribus docendi, in ostendendis uirtutum exemplis, & in omnibus periculis confessionis constantiores sint.

7. Vt Deus gratiarum actione & pijs laudibus celebretur. Hos fines liberationum in Ecclesia illustrant multa testimonia, ut Esaie 48. Propter nomen meum longè faciam furorem meum. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemem.

Psalm. 77. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ne fortè dicant in gentibus, ubi est Deus eorum.

Psalm. 49. Eripiam te, & tu glorificabis me.

Has causas singuli ad historiam liberati Ioseph, Danielis, Electoris Saxonie Iohannis Friderici, & aliorum piorum accommodent.

### III.

## NERVI EVEHENTES ad gubernationem & auctoritatem.

Singulare & solius Dei donum in est gubernatore auctoritas seu Maestas, ad quam parandam & tuendam hæc tria necesse est coniunctim o Deo tribui.

1. Eximiam uirtutem, & prudentiam.

2. Facili-



2. *Fœlices successus in negocijs uocationis.*  
 3. *Inclinationem animorum diuinitus factam in ipso populo, ut rectè monentes diligat, ipsq; sine contumacia obtemperet.*

Hæc tria bona cum solius Dei dona sint, perspicuum est, Autoritatem nec posse, nec debere imitatione accersi. In hanc sententiam Prouerb. 20. Salomon inquit, Vt oculus uideat, & auris audiat, Dominus facit utrumq; hoc est, Vt Ioseph excellat sapientia & præuideat uenturam famem, & cernat qua ratione huic malo occurrendum sit. Deinde ut auris Pharaonis, & totius populi Ægyptiaci hunc seruum, iuuenem, captiuum audiat, ipsiq; obtemperet, utrumq; solius Dei beneficium est. Vt Themistocles ualeret consilio, & cerneret quomodo bellum aduersus Xerxem administrandum esset, & ne eius consilia aspernarentur Græci, sed sponte obtemperarent, utrumq; diuinitus fiebat.

Ita Æschylus optabat, παῖς δ' ἐποίησεν ἡμῶν τι καὶ πρὸς ἀνθρώπους, id est, Post consilium sequatur obedientia & successus.

Discamus autem ex hoc loco, Non humana industria parari ueram autoritatem, nec sola sapientia humana regi officia uocationis, sed opus esse auxilio Dei, & in dando consilio, & in flectendis uoluntatibus hominum, & in dandis successibus salutaribus.



**DE OFFICIO BONI**  
*Principis, & forma optimæ*  
*gubernationis.*

Et præcipua boni Principis officia, & optima gubernationis formam proponit hoc in loco historia Ioseph, qui circumiens omnes Regionēs Ægypti ueram de Deo doctrinam, & optimas artes spargit & in Ecclesijs ac Scholis propagari curat, & tuetur disciplinam & pacem, ac uictum & omnia ad uitæ sustentationem necessaria Ægyptijs procurat. Ideoq; hæc honorificentissima appellatio ei tribuitur à Pharaone, quod sit pater Regionis, & ut in nostra uersione habetur, Saluator Mundi, seu ut Christus Luc. 22. loquitur, *ἐὺν ὅλῳ κόσμῳ*. Hinc definitio sumatur.

Bonus Princeps est minister Dei, ordinatione diuina constitutus, ut sit nutritius Ecclesiæ & Scholarum, & sit custos disciplinæ ac pacis, & puniat contumaces poenis corporalibus.

*Suntq; hæc tria præcipua boni Principis officia.*

I. Cor.



I. Constitutio Ecclesiarum & Scholarum, in quibus uera Dei noticia & inuocatio, & alie artes uitae necessariae custodiantur, ut de Ioseph dicitur. Psalm. 104. Deus misit ante eos uirum, in seruum uenundatus est Ioseph, Misit Rex & soluit eum, constituit eum Dominum domus suae, ut erudiret Principes eius doctrina sua, & Senes eius prudentiam doceret. Non igitur dubium est Ioseph diuinitus in hoc summum fastigium sapientiae, potentiae, & auctoritatis euectum, sparsisse in Aegypto non solum sanctorum patrum doctrinam, & Ecclesiae propriam de Deo, de lapsu primorum parentum, de uenturo Semine, Sed etiam ueram philosophiam de natura rerum & motibus caelestibus, quae quidem tunc plantata à Ioseph, Anno mundi 2230. semper deinceps in Aegypto usq; ad Ptolemæum annos 1870. & postea uerè usq; ad nostra tempora mansit.

II. Conseruatio disciplinae externae, seu honestae morum gubernationis per leges & poenas legitimas, ut Aristoteles inquit, ἀρχὴν ὅτι φησὶ λαξ νόμος.

III. Conseruatio pacis & depulsio latrociniorum, seditionum, quibus turbatur tranquillitas publica. Hæc tria officia cum fideliter obeunt Principes, & diuinitus iuuantur, optima est gubernatio, quam eruditissimè descripsit Paulus 1. ad Timoth. 2. inquit, Orate pro Magistratibus, ut pacatam & tranquillam

i 4 tranquila



tranquillam uitam agamus in omni pietate & honestate. Et Rom. 13. Et Esa. 49. Reges erunt nutritij tui.

Prodest autem ad omnia hæc munera rectius obeunda ipsos Principes uisitare seu inspicere Ecclesias & politias, esse ἐπισκοπῆς sicut Ioseph ipse uisitat & circumit omnes Regiones Ægypti.

V.

## DE BONIS

Corporalibus.

In loco de CREATIONE testimonia collecta sunt, quæ confirmant Deum etiam corporalium bonorum procuracionem habere. His adiungatur & huius Capitis historia, & causæ Sex cogitentur, propter quas proposuit Deus etiam presentium bonorum promissiones, & uult ea à se peti & expectari. Quas supra cap. 26. indicauimus.

## TEXTVS.

Byssina stola) stola apud ueteres quamlibet uestem tegentem corpus significabat, à σέσσω, id est, apto, orno. Postea ad honestæ Matronæ uestem translatum est, ut Caligula Liuiam solebat Vlysses Stolatam nominare.

Byssus, tenuissimi lini genus, cuius scrupula quaternis denarijs olim permutata sunt. Teste Plinio libro



libro 19. cap. 1. Luca 16. Vestiebatur Purpura & Byffo.

Aliud est ἄβυσσος. ἐδὲ ἄγορεύοντες καὶ αὐτὸν φέροι σὺς οὐ μὲν οὐ.

Fecit eum ascendere) Verbum Hiphil significat permissionem. Pracones à Praecimendo.

Vt coram eo genu flecterent) in Hebraeo est אברך Abrech, id est, pater tener. Lutherus uertit pater Regionis.

Saluatorem mundi) in fontibus est צפנה פנא Zaphnath Paaneah, id est, absconditorum expositor, à צפן abscondit. Ideo uertit Lutherus, consiliarius intimus, heimlicher Rath.

Heliopoleos) in Hebraeo est הילון.

Triginta annorum erat) supra cap. 37. est 16. annorum. Ergo à uenditione Ioseph usq; ad liberationem sunt anni 13. etc.

Asseneth) אסנת Medica, seu sanitatem tribuens.

Manasses) מנשה Menaschah, id est, obliuisci faciens, נשח Neschah, oblitus est.

Ephraim) אפרים fructificationes, à פרה פרו fructificauit.

Fames) οδύνη πάντες μὲν συγγροὶ θανάτου θνήσκουσιν τοῖσι βροτοῖσι

λιμὸς δὲ οὐκ ἔσται θάνατος καὶ πότμος ἐπιπαύει.

CAPVT



IN GENESIN  
CAPVT  
XLII.

LOCI PRÆCIPVI.

I.

**E**xemplum Regule, Vtaris medijs à Deo ordinatis, & non tentes Deum neglectione mediolorum cum adsunt, nec desperes cum non adsunt. Vt Iacob etsi acceperat à Deo promissiones de victu & uitæ sustentatione, & alijs bonis: Tamen præsidij à Deo ordinatis utitur, colit agros, emit frumentum in Ægypto &c.

Est etiam exemplum prouidentie Dei, qua uita piorum de victu prospicit, ut Psalmo 105. & ad Timoth. 4. dicitur.

II.

Ioseph durius alloquens fratres est imago Dei, qui etsi ardet amore nostri, tamen peccatoribus, nisi eos serio de peccatis dolere & ueram poenitentiam agere animaduertat, non statim ostendit faciem paternam: tametsi amorem paternum perpetuo retinet, ut Ose. 12. dicitur, Cōmiseratione caluit cor meū, commiseratione exarsit plenitudo mea, Non faciam furorem iræ meæ, Quia Deus ego & non homo. Sit licet in natos facies austera parentum, Æqua tamen semper mens est & amica uoluntas.

Forma



## III.

Forma iuramenti Ioseph rectè intelligatur. Per salutem Pharaonis. Cum enim iusiurandum sit inuocatio Dei, ut sit testis, & inspector nostri sermonis, & sit iudex si fallamus, perspicuum est non esse per creaturas iurandum. Ideo & Christus ipse illicitos iurandi modos Matth. 5. prohibet. Etsi autem excusant aliqui formas iurandi per creaturas tanquam sponsiones quibus aliquid deponitur: Tamen satendum est essentiam iusiurandi esse inuocationem ueri Dei, & imprecationem pœne diuinæ, & hæ sponsiones tantum de ijs rebus fieri possunt, quæ nostræ sunt, & quas transferre possumus.

Porro quod Ioseph inquit: Per salutem Pharaonis, id hanc uim habet. Iuro per illum Deum, qui seruat & gubernat hoc imperium Pharaonis, etsi fallo, tunc perdat Deus hoc imperium.

## IIII.

## DE MALA

## Conscientia.

MALA CONSCIENTIA est & iudicium mentis in nobis accusans & condemnans nos ipsos propter sceleratè facta, & horrendus cruciatus cordis ordine immutabili scelera sequens.

Vt fra-



Vt fratres Ioseph inquiunt, Merito hæc patimur,  
Quia peccauimus in fratrem nostrum. Et Carmentis  
inquit.

Conscia mens ut cuiq; sua, ita concipit intra  
Pectora pro merito, spemq; metumq; suo.

Iuuenalis Satyri 13.

Quos duri conscia facti.

Mens habet attonitos, & surdo uerbere cadit  
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Hortentur autem nos ad tuendam conscientia  
integritatem hi Sex Loci, qui in Enarratione Pro  
uerbiorum recensentur.

1. Seuerissimum mandatum Dei, quod præcipi  
ne creatura rationalis contra conscientiam faciat,  
hoc est, ne sciens Legem Dei uiolet.

2. Retentio fidei.

3. Facultas inuocationis. Nam si cor nostrum non  
condemnat nos, fiduciam habemus quod exaudia  
mur à Deo.

4. Spes auxilij & protectionis diuinæ.

5. Tranquillitas cordis, quæ retinetur bona con  
scientia & fide, οὐδέπ οὐτ ως εὐφραίνετ ἡμᾶς ἐν τῷ  
δὲπ ὡς ἐσ ως ἐδ' ὁς καὶ ἀπόρ, ut inquit Nazianze  
nus.

6. Mitigatio & liberatio in calamitatibus.

V.

Vt foelicitas liberorum singulare & eximium  
Dei



Dei donum est: Sic uicissim nullus est hominum acerbior cruciatus in uita, quam qui oritur ex calamitate & sceleribus natorum, qualis in hoc loco dolor Patriarchæ Iacob describitur.

CAPVT  
XLIII.

## LOCI PRÆCIPVI.

## I.

**N**ON sunt prætextu diuinarum promissionum accersenda mala non necessaria, sed utendum est medijs à Deo ordinatis cum adsunt. Sicut Iacob ad pellendam famem frumentum ex Ægypto adferri curat.

## II.

In periculis inextricabilibus humano consilio cum omnibus prædijs uisibilibus destituti sumus, non frangamur animo, nec desperemus. Sed ex Deo pendeamus, & tranquillis animis ab ipso auxilium & defensionem expectemus. Nam si omnibus questis medijs, necesse est subire periculum, tunc aut mirando modo nos Deus liberabit, aut faciet aliquid melius, si fidem & spem non abijciemus. Sicut Moses



ses stans ad Mare rubrum, & destitutus omnibus medijs uisibilibus, clamat. Noli timere, state & uide magnalia DOMINI, quæ facturus est hodie. Esaia 30. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Sic hoc in loco Iacob inquit. Si sic necesse est, facite quod uultis.

Etsi autem magna est infirmitas animi in Iacob, Tamen scintillam fidei & spei ex Deo pendentis retinet, Et singuli suæ fidei languorem & imbecillitatem considerantes, hoc exemplo sanctissimi patriarchæ Iacob se consolentur, ac subinde clament, Credo Domine, sed opem fer diffidentia meæ. Item, Inuocate, quanquam languida & imbecilla fide, sed fide mæmen. Item, Calamum quassatum non confringes, & linum fumigans non extinguēs.

### III.

## DE IUSTICIA ET æqualitate in contractibus.

Vult Deus in contractibus seruari æqualitatem, quam sancit iusticia commutatiua, propter tres causas.

1. Cum natura sic ordinata sit, ut singulis opus sit aliena ope, necessaria officia, & res commutanda sunt. Ac ut perpetua esse possit commutatio, necesse est æqualia pro æqualibus reddi.
2. Vt sit exercitium & uinculum mutua dilectionis.



onis, ut dicitur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

3. Vt agnoscamus DEVM, cum sit iustus, uerè equalem esse erga omnes equaliter se habentes, iuxta unam normam quam poposuit, nec acceptatorem esse personarum.

Has causas nunc quoq; cogitemus, cum historiam de equalitate mercis & precij, quam fratres Ioseph in Ægypto frumentum ementes efficiunt, legimus.

Pecuniam nunc eodem pondere reportauimus.

Olim usitatum fuit non numerare, sed appendere seu ponderare pecuniam. Vtebantur enim monetae aenea, cui libra ualebat quatuor numulos Lubecenses. Studiosi meminerint Plinij locum lib. 33, cap. 3. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum Regem deuitum usus est. Libralis & dum pondus appendebatur assis. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur. Item, Impendia, dependere. Quin & militum stipendiorum, hoc est, Stipis ponderande pensatores, Libripendes dicuntur: Qua consuetudine in his emptionibus, quae non mancipij sunt, etiam nunc libra interponitur. Seruius Rex primus signauit aes. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia adpellata.

#### IIII.

Φιλοσοφία Ioseph erga fratres, imago est ardentis



dentis amoris Christi erga nos suos fratres. Vi lo-  
han. 20. dicitur. Ascendo ad patrem meum & ad pa-  
trem uestrum. Secundo monet in Heroicis uiris so-  
p̄e esse expressissimas, & refutat deliramenta Stoi-  
ca, quod in sapientem non cadat misericordia. Ter-  
tio monet de amore æterni Patris erga Filium, &  
erga nos.

## TEXTVS.

Resin.e) Omnis uiscidus & lentus humor ex ar-  
boribus destillans, & in arboribus residens picea  
presertim naturæ & qui igne accenditur, Resina  
uocatur. Hoc loco Ebream uocem ZOR interpret-  
tantur guttam Balsami.

Storacis uertunt in genere Aromata.

Styrax est lachryma arboris similis malo cotoneæ.

Dioscori cap. 68. lib 1.

Stacte) pinguis & preciosissimus succus  
qui ex recenti Myrrha sponte destillat. Item, Pingui-  
do recentis Myrrhæ organo expressa, à σάκω stillo.

Terebinti) nobis incognita arbor, fert resinam,  
quæ astringit & prohibet putredinem.

Terpentin, quæ hodie passim utimur, est picea et  
Teda resina.

Alibi uertunt Daçtylos, Alij nuces pineas.

Ebreorum uocabulorum propriæ significa-  
tiones ipsis etiam ludæis in-  
cognitæ sunt.

CAPVT



CAPVT  
XLIIII.

## LOCI.

## I.

**L**vsus Ioseph cum fratribus non ostendit eis fraternam *sophylw*, pingit mirandas uicissitudines tentationum & consolationum, quas experiuntur sancti in aerumnis, ut in Psalmis sepiissime dicitur. 43. Quare faciem tuam auertis, Abscondit faciem suam. Ierem. 33. Abscondens faciem. Mich. 3. Abscondit faciem suam ab eis. Et Matth. 15. Christus Syrophenisse diu paternam faciem & beneuolentiam abscondit.

## II.

De Causa Finali seu utilitate afflictionum, dolorum & sollicitudinum, in quibus fratres Ioseph uersantur: Corripiuntur enim à DOMINO, ne cum hoc mundo damnentur, sed ut poenitentiam agant, & conuersi ad Deum uiuant, ut 1. Corinth. 11. & Ezech. 33. dicitur. Et Esai. 27. In mensura punis eos, & hic est fructus castigationis, ut dimittatur iniquitas domui Iacob, & ut auferatur peccatum eius.

k

TEX



Scyphus in quo augurari solet,) pro quo auguratus est, id est, de quo diuinatorum consuluit, ut sciret, quis eum surripuisset. Alij interpretantur, cogitat amissionem Scyphi, ex quo bibit, esse sibi malum omen.

An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia.)

An ignoratis talem uirum, qualis ego sum, certissime ista diuinare potuisse, ut supra 41. Pharaon inquit, Nunquid sapientiore, & similem tui inuenire potero.

## CAPVT XLV.

### LOCI PRÆCIPVI. I.

VT Ioseph suam erga fratres φιλοσοφία diutius tegere non potest: Sic paterna σοφία in Deo erga afflictos & consternatos, non perpetuo latet, sed tandem sese exerit, & tarditatem ubertate compensat. Cogitetur autem quanta uis fuerit fratrum



terni amoris in Ioseph, & econtra quæ fratrum cogitationes de parricidio.

## I I.

Causæ calamitatum Ioseph supra recitatæ hic recitantur.

1. Efficiens. Deus uolens & permittens, ut inquit, Pro salute uestra Deus misit me in Ægyptum. 1. Reg. 2. Dominus mortificat. Matth. 10. Vnus capillus capitis non cadit in terram sine uoluntate patris cœlestis.
2. Finalibus causis octo supra expositis, addantur hæ duæ ad Ioseph proprie pertinentes.

1. Ut Ecclesia domestica Iacob tempore famis aleretur, iuxta promissionem Psalm. 32. Oculi Domini super metuentes eum, & qui sperant in Nomen eius, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Psalm. 36. Non confundentur in tempore malo & in die famis saturabuntur.

2. Ut uera de DEO doctrina in Ægypto propagaretur, & disciplina honestè regeretur, ut esset Nutritius Ecclesie & ἐνοχὺς τῆς.

## I I I.

Pietas Ioseph, qua parentem & fratres ardenti amore & honore complectitur. De hac uirtute Ecclesiast. 3. dicitur. Qui timet Dominum, honorat  
 h        z        paren-



parentes, sermone, opere & patientia. Primum igitur agnoscens Ioseph diuinitus sibi patrem datum & conseruatum, & fratres copulatos esse, amantissimis uerbis ardentem pectoris sogylw ut cunq; exprimit. Deinde eam ipso opere declarat, dum non solum communibus officijs suam reuerentiam ostendit, sed etiam seuissimæ famis tempore ἀνυπελαργε, & dulcissima nutritionis officia, seni parenti reddit, & uerè est ut in Aiace Sophoclis dicitur, γρηγορόσκος.

Postremo patientia & ἐπιείκεια uerè Heroica & diuina μήμνησι καὶ, fratribus condonat patricidium erga se, quantum in ipsorum uoluntate erat commissum.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτέτυχθα ἔασομεν ἄχνη μένοι πέρ.

### IIII.

De ardenti φιλοσογίᾳ Ioseph erga fratrem Beniamin.

CAPVT



CAPVT  
XLVI.

## LOCI PRÆCIPVI.

## I.

**C**onsolatio diuinitus proposita Iacob descen-  
denti cum familia in Ægyptum, commonefa-  
cit nos de grauiſſima tentatione, quam ſuſtinuit Ia-  
cob in eo diſceſſu ex terra Canaan, qui prorsus ui-  
debatur pugnare cum promiſſione Terræ, cui iam  
annos 215. nullus euentus reſponderat, ſed longe  
aliter DEI promiſſiones implentur, quam humana  
ratio cogitat.

## II.

Doctrina de Reſurrectione mortuorum conſide-  
retur in hoc ritu. Ioseph ponet manus ſuas ſuper  
oculos tuos. Significabat enim oculos morientium  
rurſus aperiendos eſſe, ut Iob 19. dicitur. Rurſum in  
carne mea uidebo DEVM, quem uiſurus ſum ego  
ipſe & oculi mei conſpecturi ſunt.

## III.

Genealogia filiorum Iacob, ad quam confere-  
tur primi libri Paralipomenon Caput 2. 3. 4. 5. 6.  
7. 8. 9.

k

3

IVDA.



IVDA.

Phares.

Esrom.

Ram.

Aminadab.

Nahason. Num. 1. 7.

Salma.

Booz. Ruth. 4.

Obed.

Isai.

David.

## IIII.

*χρονολογία seu tempora considerentur.*

Descendit enim Iacob in Ægyptum Anno Mundi

di. 2278

A uocatione Abrahæ &amp; data promissione. 215

Ætatis sue 130

Ætatis Ioseph 39

Ante exitum ex Ægypto, &amp; datam Legem 215

Ante CHRISTVM. 1714

CAPVT



CAPVT  
XLVII.

## LOCI.

## I.

**E**xemplum reuerentiæ, subiectionis, & obedi-  
entiæ erga Regem.

## II.

Exemplum Modestiae continentis se intra metas  
sui muneris nec temere se efferentis in rebus secun-  
dis, ut Ioseph modestè se Regi subijcit, nec quid-  
quam sine Regis autoritate & consensu in Regno  
constitit.

## III.

Miserrima conditio uitæ humanæ illustribus uer-  
borum luminibus pingitur à Iacob. Dies peregrina-  
tionis uitæ meæ 130. annorum sunt, pauci  
& mali, & non peruenerunt usq; ad dies pa-  
trum meorum. Primum nominat Vitam pere-  
grinationem uagantem sine certa sede, Et omnibus  
temporibus præcipuè usitata fuerunt Ecclesiæ &  
piorum exilia, quæ commonefaciunt pios, de primo  
exilio generis humani ex Paradiso, & monent FI-  
LIUM DEI ideo pro nobis in hunc Mundum  
k. 4 exulasse,



exulasse, ut nos exules in cœlestem patriam redu-  
ceret, cuius quidem ardenti desiderio inflammati  
esse debebamus, ut nunc amore eius soli, quod nati-  
centes excepit, ardemus. Non enim habemus hic  
Ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus,  
Quia πολιτὸνμα nostrum in cœlis est. Philip. 1.  
2. Corinth. 5. Ebræ. 11. Confitentur se esse hospites  
et peregrinos. Hæc dicentes ostendunt se patriam  
inquirere, quæ in cœlis est.

Et Plato grauissimè inquit, Hanc uitam esse  
ἀποδημίαν ad ueram et cœlestem patriam, cuius  
profectionis extremus actus sit mors, quæ est μετα-  
βολὴ καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς τοῦ ἐνθενδε τόπου  
εἰς ἄλλον τόπον.

### *Dies pauci.*

Deinde breuitatem et fugacitatem uite descri-  
bit, de qua passim multa dicta loquuntur. Pindarus,  
homines sunt ἐφ' ἅμφοι. Herodotus, πολὺν χρόνον  
ἐπ' ἡλθε αὐτὸν λογισάμενον κατοικεῖν, ὥς  
βραχύς ἐστιν ὁ πᾶς ἀνθρωπίνος βίος.

### *Et mali.*

Postremo totam molem ingentium miseriæ  
uite humane significat, quam uno uersu etiam En-  
ripides in ἀλκήσιδε notauit.

ὁ βίος ἀλκήσις οὐ βίος ἀλλὰ συμφορά.

Μετὰ



Menander: ἄνθρωπος ἰκωνὴ πρόφασις εἰς τὸ  
δυσυχῆρ.

Euripides.

οὐκ ὄσι δὲ δὲρ δ' ἐνὸρ ὧδ' εἰπῆρ ἔπος.  
οὐτὲ πάθος οὐτε συμφορὰ δειλάτος  
ἔσ' οὐκ ἄρ' ἄρα τ' ἄχθος ἀνθρώπων φύσις.

Illustrius autem uarietas & amplitudo miseria-  
rum humanarum cernitur, cum ordine Mala animi  
corporis, Fortunæ, quibus obnoxij sunt homines con-  
siderantur.

Sciamus autem totam hanc molem ærumnarum  
humane naturæ impositam esse, ut agnoscat ueram  
& horrendam iram Dei aduersus peccatum, & fle-  
atur ad timorem Dei & coercendas prauas cu-  
piditates, quibus miseriæ accersuntur. Teneantur  
& Consolationes cum Philosophicæ tum Christianæ  
supra in principio capitis 37. recitatæ.

### IIII.

Pietas & Beneficentia Ioseph erga parentes &  
fratres.

### V.

Durissimæ gubernationis forma, quam Ioseph  
in regno Ægyptiaco instituit, monet Deo placere,  
& necessariam esse seueritatem, ad retinendum in  
officio uulgus, quod cum suo natura sit, ut Plato ait

κ σ ἀχάρι-



ἀχαρίσος, ἀἰνόσος, ὠμόρ, βᾶσκαυος, ἀπείθε-  
τος, effrene, indomitum, ingratum, maleuolum, du-  
rioribus oneribus coerendum est.

# VI.

De Dissimilitudine politiarum, & quod homi-  
pio liceat uti Oeconomicis & politicis legib. quan-  
quam dissimilibus, modo cum lege naturæ consenti-  
ant. Fons autem huius sententiæ est discrimen Evan-  
gelij & gubernationis politicæ.

Per Euangelium donat DEVS remissionem  
peccatorum, & credentes regenerat, & in corde  
accendit nouam lucem, ueram Dei agnitionem, ius-  
ticiam & uitam æternam. Hæc lux & iusticia in  
corde longè alia res est, quam cibi, potus, agricul-  
tura, officia politica, Magistratus &c. Ac simul  
possunt esse in corde iusticia, Euangelij, & foris offi-  
cia politica, Vt in corde Mariæ accensa est hæc lux  
& iusticia, etiamsi foris est coqua.

Sed gubernatio politica est in uita corporali  
disciplinam honestam & pacem tueri, legibus na-  
turæ, & alijs positiuis, quæ sunt adminicula Legis  
naturæ. Hæ positiuæ leges non ubiq; sunt eadem.  
Vt ampliores redditus soluunt Ægyptij dantes Io-  
seph quintam partem suarum frugum, quam Attici  
Pisistrato dantes uicesimam. Sicut autem dissi-  
milia



milia spacia dierum in diuersis regionibus, aut si-  
cut dissimiles cibi & ædificia dissimilia non mu-  
tant iusticiam cordis, nec ad eam propriè pertinent.  
Ita nec dissimiles formæ politiarum aut reddituum,  
& onerum politicorum, ad iusticiam Euangelij  
pertinent. Et sicut horridiora frigora sentiret pius  
in Islandia, quam in Germania aut Ægypto, sic one-  
ra politica sustinere, & singularum politiarum le-  
gibus forensibus etiam dissimilibus uti potest, modo  
cum lege naturæ consensiant. Vt Daniel in Chaldaea  
alijs legibus forensibus utitur, quam in Iudæa. Sed  
tota doctrina de ordine politico ex loco de Magi-  
stratibus sumatur.

## VII.

Vt Ioseph Sacerdotibus in Ægypto immunita-  
tem concedit: Sic omnibus temporibus honesti gu-  
bernatores hominibus deditis doctrinæ studijs pri-  
uilegia concesserunt, ut à publicis oneribus liberi,  
commodius conseruationi ueræ doctrinæ de DEO,  
& aliarum artium Reipub. necessariarum, uacare  
possent.

Ea de re extat Lex Constantini lib. 10. Codicis,  
cuius hæc sunt uerba.

Medicos & maximè Archiatros, Grammaticos  
& Professores alios literarum, & Doctores legum  
una cum uxoribus & filijs, nec non & rebus, quas  
in ciui-



in ciuitatibus possident ab omni functione, ab omnibus oneribus, uel ciuilibus uel publicis, immunes esse precipimus, & neq; in prouincijs hospites recipere, nec ulli fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi uel exhiberi, uel iniuriam pati: ut si quis eos uexauerit, poena arbitrio iudicis plectatur. Merces etiam & Salaria eis reddi iubemus, quo facilius liberalibus studijs & memoratis artibus multos instituant.

Et lib. 4. Codicis, Titulo. Ne filius pro patre. inserta est Authentica Friderici I. Imperatoris. Omnibus, qui causa studiorum peregrinantur, scholaribus, & maxime diuinarum & sacrarum legum Professoribus hoc nostrae pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi quam eorum nuncij ueniant, & cum eis secure habitent. Dignum enim existimamus, cum omnes bona facientes nostram laudem & protectionem mereantur, ut quorum scientia totus illa minatur mundus ad obediendum DEO, & nobis eius ministris. uita subiectorum informatur, quaedam speciali dilectione ab omni iniuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur, qui amore re scientiae exules facti, de diuitibus pauperes semetipsos exinaniant, uitam suam multis periculis exponunt, & a uilissimis saepe hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa



causa perferunt. Hac igitur generali & in perpetuum ualitura lege decernimus, ut nullus de cetero tam audax inueniatur, qui aliquam scholaribus iniuriam inferre presumat.

Vt autem cum Herodes & Pilatus Ierosolymis dominarentur, & Priuilegia Templo & Sacerdotibus concessa eriperent. CHRISTVS eam seruitutem tolerauit, nec uoluit publicam quietem ea de causa turbare; ita, cum Scholastico ordini, Priuilegia à pijs & Sapientia præstantibus gubernatoribus attributa, eripiuntur, uult nos Deus patienter ferre iniuriam, & infligentibus colaphum uni maxillæ, obuertere etiam alteram, & tamen scire nos DEO curæ esse, & ab ipso iuuari & defendi.

CAPVT



CAP V T  
XLVIII.

## LOCI PRÆCIPVI

## I.

**D**E Adoptione, quæ imago est adoptionis nostræ in filios Dei, sicut Rom. s. dicitur, Accipimus spiritum adoptionis filiorum, per quem clamamus Abba pater. Ut enim Iacob filios Iosephi, Ephraim & Manasse elegit, ut deinceps Iacobi filij & heredes, & cum cæteris filiis Iacob, æquo iure sint: Ita æternus Pater nos omnes propter Christum filium suum eligit, ut deinceps Christi fratres, & omnium bonorum DEI Patris coheredes efficiamur.

## II.

Benedictio Iacob insignia testimonia de tribus Personis diuinitatis, & de beneficijs Christi continet. Perspicue enim discernit Iacob æternum Patrem, à Filio, qui uerè liberat ex omnibus malis, Videlicet, à peccato, ab ira Dei, à morte æterna, ab insidijs Diaboli, & ab omnibus periculis corporalibus. Ut igitur supra cap. 32. luctatus cum Angelo inquit, Vidi DOMINUM facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ita hoc in loco non dubium est



est eum uoce Angeli eripientis ex omnibus malis, intelligere Filium Dei custodem Ecclesiæ, qui omnibus temporibus generi humano adfuit. Cum autem, ut 2. Pet. 1. dicitur. Non uoluntate hominum facta sit unquam Prophetia, sed à Spiritu sancto impulsus, locuti sint sancti Dei homines, Non dubium est simul hic complectendam esse tertiam personam Spiritum sanctum, cuius instinctu & afflatu Iacob sequentes prophetias edidit.

Beneficia autem Filij Dei breuissimo aphorismo Iacob complexus est, Angelus, qui me eripuit à cunctis malis, benedicat pueris istis. Liberat enim nos filius Dei à tristissimis & summis malis, à peccato, maledictione Legis, ira Dei, & æternis & presentibus pœnis ac calamitatibus, ut Galat. 3. dicitur, CHRISTVS nos redemit à maledictione Legis. Iohan. 8. Si uos Filius liberauerit, uerè liberi eritis.

Nec uero tantum eripuit nos Filius Dei à malis, uerum etiam Benedicit nobis Pueris suis, hoc est, benedictionem cœlestem in promissione tradita Abrahæ & Isaac & Iacob oblatam, nobis impertit, uidelicet remissionem peccatorum, donationem iusticiæ, gubernationem & defensionem in hac uita, & donationem æternæ uitæ.

In li.



In libro Augustano impudenter ad Idolatricam hominum mortuorum inuocationem stabiliendam hoc dictum Iacob detorserunt. Inuocetur nomen meum super pueris istis, nomina quoque patrum meorum, Abraham & Isaac, quod in Ebraeo est (Veijkare bahem schemi, ueschem abothai Abraham ue Izechak) Cuius uera & simplicissima sententia hæc est. Isti pueri, Manasse & Ephraim, à me adoptati, deinceps non uocabuntur filij Ioseph, sed mei filij, & hæredes erunt, & in diuisione hæreditatis Canaan, meis patribus Abraham & Isaac, promissæ, unâ cum meis filiis portionem ex æquo accipient. Testificor item, promissionem meis patribus Abraham & Isaac & mihi factam, de certa sede politiæ & Ecclesiæ longo tempore duratura, uerè ad eos, & eorum posteritatem pertinere.

Hac uera & simplici sententia considerata, deinde breuiter Refutatio Idolatricæ inuocationis mortuorum, ex ueris fundamentis sumpta cogitur.

I. Omnis inuocatio rei inuisibilis tribuit ei omnipotentiam, uidelicet, Quod ubique adsit & inspicat cordium motus & gemitus, & discernere possit hypocrisin à uera inuocatione.

Solut



Solus autem Deus omnipotens est, & καρδίο-  
γνώσκς, Sancti non sunt καρδίογνώσκαι, ut 2. Pa-  
ralip. 6. dicitur: Tu solus nosti corda filiorum ho-  
minum.

Ergo solus DEVS est inuocandus, ut clarè dici-  
tur, Dominum DEVM tuum adorabis & illi soli  
seruies.

II. Vnus est Mediator Dei & Hominum, Homo  
IESVS CHRISTVS, Sunt autem quatuor con-  
ditiones Mediatoris.

1. Sit persona inter Deum irascentem peccato, &  
genus humanum reum peccati & iræ Dei constituta,  
ut iusticiæ Dei satisfaciatur, sustineat iram pro peccato,  
& deprecetur pro nobis.

2. Sit reuelatus hic Mediator, & expresso testi-  
monio DEI, ad hoc ordinatus, ut sit propicia-  
tor.

3. Mediatoris merita debent nobis applicari. Io-  
han. 17.

4. Debet inuocari. Ideoq; debet habere infinitam  
potentiam, uidelicet, ut exaudiat, inspiciat corda, libe-  
ret ex periculis, saluet &c. Has conditiones Media-  
toris, cum manifestè appareat non competere sanctis,  
intelligi potest, quanta abominatio sit inuocatio san-  
ctorum, faciens eos mediatores inter Deum & homi-  
nes, atq; ita debitum honorem Christo eripiens, qui  
solus est Mediator.

1 Nullus



III. Nullus cultus in Ecclesiam inuehendus est, si ne expresso uerbo Dei, ut clarè dicitur, *Quæ tibi præcipio, hæc tantum facito, non addas aliquid.* Item, *Ergo strâ colunt me mandatis hominum.*

Perspicuum est autem, Nullum Dei mandatum, nullam promissionem, nullum exemplum in uniuersa scriptura extare de inuocatione hominum mortuorum. Ergo nullo modo in Ecclesia toleranda est.

IIII. In inuocatione necesse est præluere fidem, quæ statuat Deo placere inuocationem, & ab eo recipi, ubi hæc fides non accedit, inuocatio tantum est Ethnicum murmur. Non potest autem in mortuorum inuocatione hæc fides præluere, cum nullum uerbum Dei de ea extet. Ergo non est recipienda in Ecclesia.

His fundamentis cognitis, facile est refutare falsas excusationes, quibus nunc astuti quidam hanc manifestè Idolatricam & Ethnicam consuetudinem pingunt. Quare amissa hæc inuocatione alia de sanctis pie & utiliter dici possunt.

Ac sex loci in historijs Sanctorum præcipuè tractari debent.

1. Diuina conseruatio Ecclesiæ & uocatio doctorum ac instauratorum doctrinæ.
2. Doctrina Legis & Euangelij, & Testimonia de præcipuis Articulis, quæ nos confirmant.



3. Miracula.
4. Exercitia fidei.
5. Virtutes singulis imitandæ pro cuiusq; modo & uocatione.
6. Exitus uitæ & mirandum consilium Dei subiicientis præcipua lumina Ecclesiæ cruci. Hec de cultu Sanctorum satis sit hoc in loco breuissimè monuisse.

# CAP: QVA DRAGESIMVM NONVM.

In Cygnæa cantione, quam Spiritus sancti instinctu Iacob discessurus ex hac uita edidit, due sunt præcipue partes.

I. Benedictiones & Maledictiones, quibus bona presentia & æterna pijs liberis promittit, improbis uero pœnas comminatur.

II. Prophetia Iacob de Tempore aduentus, de persona, officio, & regno Christi, quam annis 1700 ante Christum edidit.

## TEXTVS.

Vt annunciem quæ uentura sint.)

1

2. Pet. 1.



2. Pet. 1. dicitur, Non uoluntate hominum allata est Prophetia, sed Spiritu sancto impulsu locuti sunt Sancti Dei homines. Quare non dubium est Iacob has prophetias singulari luce & motu Spiritus sancti edidisse. Cum autem hoc donum Propheticum singulare & uere Heroicum sit, κακογυλια uicenda est, ne existiment parentes se simili modo de liberorum felicibus & infelicibus euentibus praedicturos esse.

Ruben primogenitus prior in Sacrificijs, prior in Imperio, effusus est &c.

Primogeniti in Ecclesia patrum tria privilegia habebant. Ius Sacerdotij & Regni, & duas hereditatis partes accipiendi. Deut. 21. Hec Privilegia à Ruben propter incestam consuetudinem cum uerba auferuntur. Nam Sacerdotium ad Leui Regnum ad Iuda: Duæ hereditatis partes ad Ioseph transferuntur.

Simeon & Leui.)

Maledicuntur propter interfectum Sichem.

In consilium eorum non ueniet anima mea.) Id est, Mens mea abhorret ab eorum consilijs.

Occiderunt uirum) Sichimitas.

BLATUM



Murum) Sichem, Alij Taurum) id est, Ioseph.

Alij interpretantur de CHRISTO, qui proditus fuit à Iuda Iscariote nato ex tribu Simeon, & interfectus est à Sacerdotibus ex tribu Leui ortis.

Iuda te laudabunt) Prima pars benedictionis Iudæ loquitur de Regno Politico, & præcipue eo, quod Dauidis tempore floruit.

NON AVFERETVR SCEPTVM  
DE IYDA, DONEC VENIAT SI-  
LOH.

Amplissimam doctrinam continet hæc pars Con-  
cionis Iacob, quæ ut facilius animo comprehendi pos-  
sit, in Decem Locos eam distribuemus.

- I. De vaticinijs in genere.
- II. De causis constitutæ & eversæ  
politie Iudaicæ.
- III. De tempore aduentus CHRIS-  
TI.
- IIII. De Persona Messie, qui erit  
שלח Siloh, id est, Filius vir-  
ginis.
- V. Cur oportuerit Christum virgi-  
nis



nis filium, & verum Deum  
& hominem esse.

*VI. De Officio & Regno CHRIS-  
TI.*

*VII. De vocatione gentium.*

*VIII. De Vite, ad quā alligati sunt  
Asini Christi.*

*IX. De Cruce, quæ comitatur pro-  
fessionem doctrinæ de Chris-  
to.*

*X. De efficacia ministerij Evan-  
gelici.*

*I.*

*DE VATICINIIS.*

Vaticinium Iacob, quo annis 1700 ante, certo  
prædicit tempus aduentus Christi, in genere nos de  
finibus vaticiniorum monet. Cum enim nulla creatura  
sine DEO prævidere possit res longissimo inter-  
uallo post secuturas, perspicuum est omnia vaticinia  
de rebus summis ac remotissimis, quibus euentus res-  
pondit, diuinitus orta esse. Testatur autem Vaticini-  
um Iac.



um Iacob, huic unum & solum esse uerum DEVM,  
qui se patriarchæ Iacob patefecit, & quem Iacob con-  
luit.

Secundo testatur, doctrinam de Deo, quam sonuit  
Iacob ueram & diuinam esse.

3. Cum euentus responderit huic uaticinio per  
Iacob edito, non dubitemus, cætera quoq; euentura  
esse, de quibus Vaticinia Prophetarum extant.

4. Docent non casu aut nesciente Deo Ecclesiæ  
ferri, sed uerè eam Deo curæ esse.

## II.

DE CAUSIS CON-  
stitutæ & euersæ politia  
Iudaicæ.

Tres sunt præcipuæ causæ, propter quas politia  
Iudaica à Deo constituta est.

1. Ut esset certus populus, & certa sedes Ecclesiæ,  
in qua Deus promissiones de Christo ederet & repe-  
teret, durauitq; hæc sedes Ecclesiæ annos 1543.

2. Ut uera de Deo Doctrina inde in cæteras gen-  
tes spargeretur.

3. Et præcipua. Ut esset certus locus, ubi CHRI-  
STVS nasceretur, doceret, fieret uictima, & resusci-  
tatus conspiceretur. De hac causa inquit Iacob, Non  
auferetur sceptrū de Iuda, donec ueniat Siloh. Exhi-

1 4 bito



bito autem Christo hæc politia funditus deleta est, propter hanc etiam causam, ut esset testimonium, Messiam uenisse.

### III. DE TEMPORE aduentus Christi.

Perpicuè definit tempus aduentus CHRISTI, Patriarcha Iacob, cum inquit, Stante politia Iudaica, & durante ministerio docendi publico, Messiam uenturum esse. Cum igitur iam regnum Iudaicum, & ministerium iudicandi & docendi ferè diuini extinctum sit, quam ante floruerit, necesse est Messiam apparuisse. Etsi enim antea quoq; in captiuitate Babylonica Sceptrum de Iuda aliquandiu ablatum est, (ut semper promissiones corporales, cum exceptione castigationis & crucis intelligendæ sunt.) Tamen de pedibus eius, hoc est, Regni reliquijs aliqui duces præstantes autoritate semper fuerunt, nec unquam uel Legislatores politici uel ministerium Legis prorsus sublatum est. Nam etiam cum Romani Regnum Iudaicum occupassent: Tamen & uotum in cultibus diuinis, & iurisdictione inferiori Iudeis reliquerunt. Nunc uero annos amplius 1500, nullam politiæ formam, nullum Legislatorem, aut ministerium Legis publicum tenuerunt. Necesse est igitur



tur Meſſiam ſtante adhuc politia & miniſterio Legis ueniſſe, ut Daniel certum annorum numerum, uidelicet 490. à reedificatis Hieroſolymis uſq; ad CHRISTVM ducem definit.

## IIII.

DE PERSONA  
Chriſti.

Omnes interpretes in eo conueniunt, uoce שִׁילֹחַ Siloh, Meſſiam ſignificari. De ratione autem appellationis cum alij aliter diſſerant, Lutheri poſtremam ſententiam fidei ἀνάλογον retinebimus, quam ante quadraginta annos Petrus Galatinus lib. 4. capite 4. de occultis Catholicæ ueritatis, memoriæ tradidit. Certum eſt uocem שִׁילֹחַ Siloath ſignificare Chorion, ſeu pellem inuoluentem foetum, quam Secundinam uulgo Medici uocant. Ideo uocem Siloh interpretatur filium Secundinæ ſeu filium uirginis, ut in prima promiſſione dicitur, Semen Mulieris, non uiri, conteret caput Serpentis. Quam interpretatur Eſaias inquiens, Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & uocabis nomen eius Emanuel.

Ediſcant autem Studioſi dulciſſimos & ueniſtiſſimos Verſiculos, quibus hæc appellatio Siloh, quam Iacob Chriſto tribuit, expreſſa eſt.

1 5 Gnate



Gnate Dei effigies æterni uiua parentis,  
 Æterna uerbum mente satumq; patris:  
 Indutus nostra qui carne in Virginis aluo,  
 Humanum accedis, maxime Christe, genus:  
 Te pius Isacides compellat numine SILOH,  
 Quod teneræ es foetus uirginis ipse tener.  
 Ac uelut inuoluens foetum membrana recentem,  
 Dum rude sub matris pectore turget onus,  
 Mollis & admotus non est durabilis ullos,  
 Pendet & in Cotylis squalida tota nouis:  
 Sic infirma fuit caro tunc tua maxime Christe,  
 In cruce pro nobis cum lacerata fuit.  
 Indueras etenim mirando foedere carnem,  
 Huic nostræ similem, supplicijq; ream.  
 Sed prorsus fragilis nos ipsi & sordida pellis,  
 Materna Chorion labe reumq; sumus.  
 A tamen hoc uiuet Chorion, quando induis ipse,  
 Voce tua sanans atq; cruore lauans.  
 Sic autem nobis diuina hæc munera dantur,  
 Cum discunt uocem, pectora nostra Dei.  
 Ac coetus ideo discentum Christe tueris,  
 Vt Chorion uerè sit schola casta tuum.  
 Ah tua tuta precor seruetur fascia SILOH,  
 Ne queat hanc ullus dilacerare furor.

V.

CVR OPORTVE RIT

Chris



*Christum ex Virgine nasci, & uerum  
Deum ac Hominem  
esse.*

Neceſſe fuit Meſſiam placaturum iram Dei ad-  
uerſus peccata generis humani, prorsus expertem  
eſſe omnis peccati. Cum autem ex commixtione ſe-  
minum propagetur natura immunda & polluta pec-  
cato, ut dicitur, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum  
&c. Chriſtus efficacia Spiritus ſancti in uirgine con-  
ceptus eſt, ſine uirili ſemine. Et tamen ut eſſet ſemen  
Abrahæ & Adæ, & germen Dauidis, ſumpta eſt  
maſſa ſanctificata per Spiritum ſanctum, & ſubſtan-  
tia uirginis, ut dicitur, Spiritus ſanctus ſuperueniet in  
te &c. Eſaie 7. Ecce uirgo concipiet, & pariet Fi-  
lium &c. Gen. 3. Semen Mulieris conteret caput Ser-  
pentis &c. Galat. 4. Miſit Deus Filium ſuum natum  
ex Muliere. Ideo hic uocatur Siloh, id eſt, Virginis  
fœtus.

Cogitent autem hoc in loco ſtudioſi doctrinam,  
quæ in Eccleſia proponitur, de natiuitate & In-  
carnatione Filij Dei, quæ eſt unio perſonalis dua-  
rum naturarum, diuinæ de ſubſtantia Patris, ab æter-  
no genitæ, & humanæ de ſubſtantia Mariæ uirginis  
adſumptæ, in CHRISTO Mediatore facta miran-  
do conſilio diuinitatis, ut genus humanum ab ira Dei  
& æterna damnatione ſufficienti *AV* redimere-  
tur.

Ac duo-



Ac duodecim cause sunt, propter quas necesse fuit, Christum Redemptorem nostrum esse Deum, & hominem, quæ ut facilius intelligantur, Definitio Redemptoris seu Mediatoris consideretur.

*Mediator est persona inter Deum irascentem peccato, & genus humanum reum peccati, & iræ Dei constituta, ut iusticiæ Dei satisfaciat, sustineat iram pro peccato, deprecetur pro nobis, & credentibus sua merita applicet. Ideo necesse est in eo duas naturas personaliter unitas esse.*

Primum oportuit Redemptorem esse Hominem. Nisi enim massa humane nature à filio Dei assumpta sustentaretur, planè interisset & in nihilum redacta esset hominum natura, sicut corpus non sustentatum ab anima in nihilum redigitur.

II. Quia genus humanum peccauerat, ordo iusticiæ postulabat, ut Homo poenam persolveret, scriptum est enim, Anima quæ peccauerit ipsa morietur.

*Deinde oportuit Mediatorem esse Deum, propter Decem causas.*

I. Oportet



I. Oportuit Mediatorem patefacere arcanam Dei uoluntatem, & sapientiam de redemptione prolatam ex sinu Patris. Cum autem nemo norit Patrem nisi Filius, & cui Filius uoluerit reuelare, oportuit Filium DEI esse Mediatorem, ὁ ἑαυτὸν ἀποκαλύπτει Euangelij.

II. Ut sufficiens ἄνθρωπος pro peccatis hominum persolueretur, oportuit Redemptorem non modo hominem, sed etiam Deum esse.

III. Non tantum poenam pro peccatis persolui, sed etiam talem obedientiam præstari oportuit, quæ esset meritum propter quod nobis uera noticia Dei, Spiritus sanctus, uita & leticia æterna donaretur. Tale ἀνταρραγία est solius filij Dei obedientia.

IIII. Nulla creatura potuit sustinere & uincere iram Dei, & maledictionem Legis.

V. Solus Deus est κατὰ ἰσχυρῆς Oportuit autem Mediatorem motus cordium humanorum nosse, ut & Hypocrisin à uera fide discernat, & inuocantium gemitus & uota exaudiat.

VI. Solius naturæ diuinæ & Emanuelis est, ubiq; adesse Ecclesiæ, defendere & eripere inuocantes ex omnibus periculis, depellere hostes.

VII. VIII. Solius naturæ diuinæ opus est tollere peccatum & mortem, & restituere iusticiam & uitam



tam æternam. Vtrumq; autem est Mediatoris officium.

IX. Filius Dei uenit, ut destruat opera Diaboli, cuius tanta potentia est, ut nostra imbecillitate ipsi resistere non possimus.

X. Solius Dei est dare Spiritum sanctum, qui à Christo spiratur in corda Apostolorum, & omnium credentium.

## VI.

### DE OFFICIO ET Regno Christi.

Verbum Iakah significat Auscultare, accipere doctrinam, & obedire præcepto. Inde Ikehath, auscultatio. Cum igitur prædicat Iacob gentes Messiam audituras esse, ostendit Christum fore non gubernatorem politicum, aut bellatorem, ut Iudæi somniant, Sed doctorem, qui arcanum consilium de Redemptione generi humano audiendum propositurus sit, ut Iohan. 1. dicitur: Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis, dum & primis parentibus promissionem de Reconciliatione primus edidit, & deinceps omnibus temporibus solo VERBI sui ministerio, æternam Ecclesiam sibi colligit. Sed hæc doctrina de collectione & gubernatione regni Christi aliunde petatur.

Gentes



*VII. Gentes ipsum audient.*

De uocatione Gentium antea aliquoties dictum est.

*VIII.*

*Ligabit ad vineam pullum suum,  
& ad vitem, o fili mi, asinam suam.*

Vt duo Cherubim in arca fœderis se mutuo intuebantur, ita Veteris & Noui Testamenti conciones inter se conferendæ sunt, et ex mutua collatione obscuriorum dictorum sententia petenda est. Cū igitur prima specie obscura uideantur hæc uerba uaticinij Iacob, Ligabit ad uineam pullū suum, & ad uitem o fili mi asinam suam: addemus ex nouo Testamento enarrationem Filij Dei, qui ita inquit Iohan. 15. Ego sum Vitis uera, Manete in me & ego in uobis. Sicut palmes non potest fructum ferre à semetipso, nisi manserit in Vite, sic & uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites, Qui manet in me & ego in eo, ille fert fructum multum, Quia sine me nihil potestis facere.

Ad hanc Vitem seu ad seipsum alligat nos Christus, & nos sibi inserit, & in nobis habitat, regit & adiuuat consilia & actiones nostras, ut sint salutare nobis & alijs.

Ac



Ac etiamsi sumus Asini, magna & tristi mole peccatorum & calamitatum onerati, tamen hæc male emendantur & sanantur in nobis, cum uera poenitentia ad Christum confugimus. Is enim nos ad suam Vitem alligat, nos inebriat, non quidem uino, in quo est *δυσωρία*, sed Spiritu sancto, cuius instinctu & afflatu pij in omnibus periculis, & in media morte, & acerbissimis supplicijs leti sunt ac rident, ut Laurentius, Agne, Agatha, Spiritu sancto inebriati, intrepidis animis & alacri ac ridenti uultu mortem adue-

# IX.

*Lauabit in Vino stolam suam, &  
in sanguine uinæ pallium suum.*

**DE CRUCE, QUÆ COMITATUR professionem Euangelij de Christo.**

Vt Iohan. 15. CHRISTVS inquit. Omnem palmitem in me manentem & fructum ferentem purgat pater, ut fructum maiorem adferat. Sic Ecclesia & omnes pij alligati ad uitem Christi, & profitentes Euangelion de CHRISTO, purgantur Cruce, quæ hic uenustissima Metaphora describitur.

Lauda



Lauabit in sanguine uuae, hoc est, in uino rubro stolam suam. Etsi enim stola tincta uino rubro uidetur non elui, sed contaminari: sic mors & ceterae calamitates uidentur Ecclesiam prorsus deleturam esse: Tamen ut Amiantus gemma in ignem coniecta non consumitur, sed fit lucidior & purior, Sic Ecclesiae per ipsas lucet aerumnas decus, ut supra capite 37. Octo causae finales seu utilitates aerumnarum Ecclesiae recensuimus, quae adhibeantur ad hunc locum illustrandum.

## X.

*Dentes eius Lacte candidiores*

Efficacia ministerij Euangelici describitur. Vt enim infans lacte materno alitur: Sic Ecclesia & omnes pii in hac uita aluntur & sustentantur, & a peccatorum deformitate liberantur, & candidi fiunt per uerbum Euangelij CHRISTI in ministerio sonans.

*Omnes sequentes benedictiones, tantum  
ad res corporales, non ad  
Christum perti-  
nent.*

Zabulon promittuntur diuitiae, ut semper litto-  
rales



rales urbes propter mercaturam opibus antecellunt  
ceteris urbibus mediterraneis.

Isaschar, Meditullium Palestinae tenuit focum-  
dis: & captus terrae ubertate, maluit tributum pen-  
dere Regibus Assyrijs, quam labores & pericula bel-  
lica sustinere.

Dan iudicabit populum suum, etsi qua alia  
tribus Israël, tum hæc quoque, præstantem iudicem &  
Heroem pariet, uidelicet Samsonem, qui Philistæis erit  
coluber in uia, & cerastes in semita.

Est autem Cerastes serpens cornutus, quem Pli-  
nius lib. 8. scribit, habere quadrigemina cornua instar  
arietum.

Gad ducet exercitum). Ios. 1. præcedit exerci-  
tum.

Aser pinguis panis eius) antecelluit ubertate  
Soli.

Neptalim cerua) Completa est hæc prophetia  
in Debora & Barac, Iud. 5.

Ioseph seu Ephraim & Manasse. Horum  
prædicit præcipuam potentiam fore in tota posteri-  
tate,

Filiæ tuæ, id est, urbes Regni bene gubernan-  
tur. Etsi aliqui se opponent: Tamen manebit arcus  
eius firmus, roborataque brachia manuum eius.

Inde pastor, lapis Israël, id est, uiri præstantes,  
quorum uirtute, sapientia, gloria, innotetur regnum  
Israëlis.



Israëlis, seu Reges Israël ex tribu Ephraim orientur.

Beniamin lupus Rapax) Hec Prophetia existimatur completa esse in Saul & Gabaa, Iud. 21. Sed alij ad urbem Ierosolymam in tribu Beniamin sitam accommodant, quæ sedes fuit Aule Regiæ & collegij Sacerdotum, & omnes redditus reliquarum tribuum instar lupi deuorauit.

Alij ad Paulum Apostolum accommodant, qui prima etate uastauit pecora Domini. Postea conuersus amplissima spolia toti Ecclesiæ impertiuuit.

Collegit pedes suos super lectulum) Nam antea in lecto sedit.

Et obiit IACOB, appositusq; est ad sepulchrum suum) Anno mundi

2255.

Anno etatis suæ

147.

Ante Christum natum

1707.

Post descensum in Ægyptum, anno

17.

Ante mortem Iosephi

54.



# C A P V T

## QVINGVAGE-

### SIMVM.

**D**EI beneficio, Peruenimus ad portum uitæ Iacob, uidelicet ad historiam beati discessus Iacob ex hac uita, ad æternam & letissimam consuetudinem DEI & Ecclesiæ cœlestis, ad quam assequendam omnia uitæ consilia & actiones pij referunt, & in ea uelut in tranquillissimo portu, eluctati ex uariis huius uitæ iactatione & tristissimis ærumnis, suauiter adquiescunt. Etsi autem Ioseph certo statuit patrem Iacobum non extinctum, sed in locum beatæ & DEI conspectu fruētis Ecclesiæ translatum esse, tamen una cum uniuersa Ægypto patrem luget, & se præcipuo ipsius desiderio affici ostendit.

Inseuit enim DEVS generi humano sicut ut nos de ingenti amore suo erga Filium & erga nos, commonefaciat, & simul his uelut igniculis, ardentem beneuolentiam parentum erga liberos & liberorum erga parentes, accendat & inflamet.

Vult etiam nos, hisce stirgis incitatos, & amore nostros



nostros, & postquam à nobis discedunt, eorum desiderio affici, & in luctu pietatem probat.

Fateor igitur me quoque magno in dolore & luctu uersari propter discessum carissimi Soceri mei, D. LAURENTII SMEDES, Inclytæ huius Reipublicæ Senatoris, qui ante biduum, ex hac mortali uita ad æternam Dei, & Filij ipsius, Domini nostri IESV CHRISTI, & omnium Sanctorum societatem, euocatus est. Etsi enim, cum & uoluntatem diuinam, & summa bona, ad quæ ex hac misera uita, corpore morbis obnoxio, & quidem tristissimis temporibus eum Deus exciuit, considero, moderari dolorem & potius me gratulari ipsi cœlestem consuetudinem, quàm deslere ipsius obitum debere agnoscam: tamen ægrè adhuc dolori resisto, & me luctus ac desiderij causas habere grauissimas existimo.

Complexus est me, non secus ac filium ex se natum, uera & paterna beneuolentia & fide. Ac ut Herodianus refert, M. Antoninum Imp. non qui longam generis seriem præferrent, aut qui opes nimias ostentarent, sed qui morum probitate atque modestia uitæque innocentia præcellerent, eos sibi generos diligendos putasse: Ita Laurentius etsi in præcipua & amplissima huius urbis familia natus erat, tamen Mihi, procul hinc ad Rhenum nato, nec ullam opum commendationem, sed bonam apud bonos famam uir-

m 3 tutis



tutis & diligentie in doctrinarum studijs habenti, Eliam à se honestissime, ad omnia pietatis & diligentie Oeconomica officia educatam, sanctissimo coniugij foedere copulauit. Et toto eo tempore, quo arctissimo hoc necessitudinis uinculo colligati fuimus, Omnia humanitatis, fidei, amoris, & benignitatis paternae officia, mihi & meis cumulatè praestitit.

Nec erga me solum beneficus fuit: uerum etiam totum ordinem eruditorum in hac Academia & alibi uersantium, eximia beneuolentia & honore prosecutus est. Cumq; multorum in hac urbe iudicia *κρυπτατα*, à literis & hominibus studiosis essent alieniora, tamen singulari constantia & grauitate, amorem & patrocinium ordinis Scholastici, semel recto iudicio susceptum, conseruauit. Intelligebat enim ueram dignitatem & splendorem literarum, quae doctrinam de uera Dei agnitione, & omnium in uita bonorum & ornamentorum fontes continent.

Et uersatus erat ipse, cum in aliarum artium, tum uero in doctrinae Iuris studio, cuius cursum eo usq; perduxerat, ut ornatus gradu in Iure, multis suo consilio opem ferret, & cum Iudicis officio in hac Reipub. fungeretur, singularem prudentiam, integritatem, iusticiam, aequitatem, diligentiam & fidem omnibus bonis probaret.

Cumq; & ingenio perspicaci & prudentia longo rerum usu confirmata, conditionem praesentium negociorum, & sensus ac uoluntates hominum in gubernatione



bernatione uersantium, consideraret: memini multa ab eo, de secuturis in Repub. confusionibus, & mutationibus periculosis, atq; etiam tumultibus prædici, quæ partim euentu comprobata sunt, partim adhuc impendent. Quæ ut mitiget Deus, & pacem Ecclesiæ ac literarum studijs necessariam tribuat, toto cum peccatore oro.

Carissimum socerum meum, non dubito diuina uoluntate ex hac sua statione, in qua fideliter Reipub. seruiuit, & iusta ac moderata consilia, Ecclesiæ ciuitati, & scholæ salutaria, semper amauit, euocatum esse, ne uideret secuturas calamitates publicas, sicut scriptum est Esai. 56. Iusti colliguntur, & non est qui consideret. Antequam ueniet calamitas, auferentur Iusti, & uenient in pacem, & requiescent in cubilibus suis.

Ex hoc numero beatorum esse carissimum socerum meum non dubito. Certissimum enim est, homines, qui ueram de Deo, & Filio ipsius, Domino nostro Iesu Christo doctrinam amauerunt, & fide amplexi sunt, & acquiescentes in Filio Dei Mediatore ex hac uita discedunt, certo duci ad consuetudinem Ecclesiæ cœlestis.

Semper autem, & amauit Laurentius ueram Euangelij doctrinam, & illustria pietatis testimonia, in toto uitæ curriculo, & in hoc postremo agone ostendit.

Legit studiosè & assidue, scripta diuinitus Ecclesiæ



eclesie tradita, & eruditorum enarrationes. Sæpe interueni ipse, cum honestissimæ matronæ coniugi suæ & filiabus, & reliquæ familie, uel scripta sacra, uel partem Locorum Theologicorum Philippi, in Germanicam linguam traductorum, uel Lutheri libellum, in quo partes Catechismi, & historiam Passionis, et Calendarium complexus est, uel enarrationem Euangeliorum à Luthero editam, prælegeret.

Filiæ summa pietate & diligentia, ad discendam Catechesin, ad quotidianam precationem, ad omnia pietatis, modestiæ, sedulitatis Oeconomicae, & cæterarum uirtutum officia, assuefecit.

Fouit singulari humanitate & beneficentia ministros Euangelij fideliter suo munere fungentes, Et familiam suam ad uenerandum Ecclesiæ ministerium & ministros hortatus est.

Cumq; aliquot annis corpus morbis obnoxium ferè assiduè egrotationibus cruciaretur, singulari patientia Deo imponenti eas ærumnas, sine ullo fremitu & indignatione obediebat. In hoc autem postremo agone illustrem suæ fidei confessionem sæpè repetiuit, & imprimis hanc consolationem, quod propter solum Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, pro nobis crucifixum & resuscitatum, non propter ulla nostra opera aut merita, remissionem peccatorum & uitam æternam consequamur. Huic soli se inniti, in hoc solo se acquiescere, & animam suam a filio Dei conditam & redemptam, se eidem reddere



et commendare adfirmabat. In hac fide et inuocatione filij Dei, domini nostri Iesu Christi, Anima sancta et Deo chara, ex eius corpore placidissime discessit hoc anno 1555. die 16. Nouemb: paulo ante horam duodecimam meridiei.

Cum autem hos euentus diuino consilio regi, et pie morientes ad dulcissimam DEI consuetudinem traduci certum sit, non est repugnandum iusticie diuine, qua totum genus humanum morte oneratum est. Imo gratie Deo agende sunt, quod immensa bonitate nos, ex hisce miserijs liberatos, ad suae lucis, sapientiae, iusticiae, et uitae aeternae fruitionem uocat. Hac fide et spe immortalitatis et leticiae perpetuae confirmatus Ioseph, luctum ex morte patris Iacobi conceptum moderatur. Eius exemplum nos quoque imitari conemur, et nostros animos ad hanc migrationem, studijs doctrinae coelestis, uera fide et inuocatione Filij Dei, domini nostri Iesu Christi, qui est Auctor et donator immortalitatis praeparemus.

Sed nunc ad Historiam sepulturae Iacob, et ultimum caput Genesis reuertor, in quo Duo Loci praecipue considerandi sunt.

## I.

DE CEREMONIIS  
Funerum.

m s Sem-



Scmper Ecclesia Dei, inde usq; ab initio, pias scti-  
nerum & sepulturæ ceremonias seruauit, & in fu-  
neribus pios hominum congressus fieri uoluit, in qui-  
bus non inania spectacula exhiberentur, ut Ethnici  
postea fecerunt, nec tantum de amore erga uiuum  
testimonia ederentur, sed ut homines commonesce-  
rent,

1. De causis Mortis & ingentium miseriorum hu-  
manarum.
2. De liberatione promissa propter Filium Me-  
diatorem, qui caput serpentis conculcaturus erat,  
qui ideo assumpsit humanam naturam, ut abolita  
morte uitam nobis redderet.
3. De uenturo Iudicio.
4. De Resurrectione & Vita aeterna.
5. Vt communibus precibus mitigationem publi-  
carum miseriorum impetrarent.
6. Vt suam quisq; uitam Deo commendaret.

Est enim uita, donum Dei, eiusq; prorogatio pro-  
pter tres causas optanda est, & à Deo petenda.

1. Vt discamus ueram de Deo doctrinam, cuius co-  
gnitionem in hac uita inchoari necesse est.
2. Vt usu eam confirmemus.
3. Vt seniores iuniorum studijs & moribus guber-  
nandis præsint.

Hæc doctrina grauissima in hoc funere Iacob eti-  
am diligenter considerentur.



## II.

## DE PLACABILITATE.

Ioseph condonans fratribus Parricidium erga se, quantum in ipsorum uoluntate erat, admissum, illustre exemplum est Heroicæ placabilitatis & mansuetudinis, quæ non est tenax offensionum & odiorum, sed moderatur & reprimit iracundiam, & uindictæ cupiditatem, & propter heroicam naturæ bonitatem iniurias & peccata condonat. Vt enim in Deo, sic in Heroicis & diuinis hominibus, bonitas & clementia, supra ceteras uirtutes, eminet, ut dicitur,

Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ,  
Et faciles motus mens generosa capit.

Et Seneca.

Nihil est magnum, quod non idem sit placidum.

Pertinet autem Mansuetudo ad Quintum præceptum Decalogi, Inde igitur copiosior explicatio petatur.

Ioseph mortuus est ) anno Mundi 2309.

Ante Exitum ex Ægypto annis 144.

Consideretur autem conclusionis loco in Genesi hæc concio Epistolæ ad Ebræos. Habentes hanc fidem mortui sunt omnes Patres cum non accepissent promissiones, sed procul eas uidissent & credidissent, salutari



salutassentq; confessiq; essent se hospites & peregrinos esse in terra. Nam hæc qui dicit, declarat se patriam inquirere. Et si illius memores fuissent, unde fuerant profecti, habebant oportunitatem reuertendi. Nunc autem meliorem expetunt, hoc est, celestem. Quare non erubescit ipse Deus, uocatur Deus illorum, parauit enim illis ciuitatem.

Ἀνακεφαλαιώσις Materialium in  
Genesi.

Postquam Deo iuuante, absoluta est Genesis enarratio, diligenter colligant studiosi illustra testimonia, de singulis membris doctrinae Christianae. Omnia enim Ecclesiae membra necesse est tenere fundamentum, hoc est, Articulos fidei omnes in unum corpus redactos.

Primum igitur meminerint auditores, in toto hoc libro Genesis, præcipuum locum obtinere, Promissionem de uenturo Semine Christo, Adæ, Abrahæ, Isaac & Iacob, traditam.

Deinde sciant, Quatuor prima Capita, fontem esse totius Scripturae Sacrae, & omnia reliqua Prophetarum et Apostolorum scripta, tanquam commentaria esse in hæc priora capita, sicut ex enarratione perspicuum est.

Postea cogitent ordine Testimonia de singulis Doctrinae articulis.

De



De Deo & tribus personis Diuinitatis cap. 1. 2.  
3. 18. 19. 48. 35. Genesis testimonia extant.

De creatione & sustentatione rerum cap. 1. 2.

De causa peccati, de lapsu Angelorum & homi-  
rum cap. 3.

De peccato Originis, cap. 3. 5. 6. 8.

De peccato Mortali & ueniali, & de lapsibus  
Sanctorum, cap. 4. 9. 3. 8. 19. 20.

De Lege cap. 3.

De Euangelij promissione, cap. 3. 12. 22. 26.  
28. 49.

De persona Christi, iisdem locis.

De beneficijs Christi, ibidem.

De adplicatione beneficiorum Christi, seu de iu-  
sticia fidei, cap. 4. 12. 15.

De iusticia bonae conscientiae, seu de bonis ope-  
ribus, cap. 4.

Et de singulis uirtutibus or- dine iuxta pra- cepta Decalo- gi.	{	1. Timor Dei. 6. 7. 19.
		2. Fides. 12. 3. 15. 32.
		3. Patientia. 12.
		4. Inuocatio. 32.
		5. Confessio. 12.
		6. Castitas. 2. 39. 34. 19.
		7. Iusticia in contractibus. 23. 33.
		8. Mansuetudo. 50.
		9. Veritas. 12. & c.

De Ecclesia cap. 4. 5. 17. 18. 21.

De mi-



De miranda instauratione et conseruatione Ecclesie & piorum. 6.7.12.41.19.

De Sacramentis cap. 4.17.9.

De Sacrificijs, cap. 4.8.

De Sacerdotio Christi, cap. 14.

De prædestinatione, de libero arbitrio, et de contingentia, cap. 25.

De regno Christi, cap. 49.

De cruce & calamitatibus Ecclesie & ueris consolationibus, cap. 3.37.

De extremo Iudicio, de Resurrectione corporum, & uita æterna, cap. 4.25.

De Magistratibus ciuilibus, & de dignitate rerum politicarum, cap. 9.13.

De coniugio & uita Oeconomica, cap. 2.24.

Hi tituli ferè summam continent doctrinæ Christianæ, omnibus ad animarum salutem necessaria.

Quare ad eos, in tota lectione scripturæ, præcipua dicta & historiæ, referantur, Finis.

L A V S D E O.



# EPICEDION IN OBITVM ORNATIS-

SIMI VIRI, PRVDENTIA, ERVDI-  
tione, & uirtute præstantis, D. LAVREN-  
TII SMEDES, Senatoris inclý-  
tæ Urbis Rostochij.

IOHANNES BOCERO  
*Autore.*

**H**As etiam lachrymas supremum in funere mu-  
Et mihi da mæstos Calliopea modos. (nus  
Causa grauis luctus, magni nec inane doloris  
In gelida corpus contumulatur humo.  
Ergo iaces nostri candor LAVRENTIVS cui  
Et decus Aonij præsidiumq; chori.  
Nec tua te pietas, nec te præstantia, nec te  
Defendit nullo fracta labore fides:  
Non minus, heu quantum dire potuere Sorores,  
Et cinis, & rigidi flebilis umbra rogi.  
Ergo quid incusem? seu quæ precer impia uobis?  
Fata nimis doctis semper acerba uiris.  
Si scire lubet, nostrumq; haurire cruorem,  
Tollite sacrilegos in genus omne uiros.  
Parcere cum fas sit, uos saltem parcite iustis,  
Tollere præclaros gloria nulla uiros.

Oecia



Occidit, Aonidum præclarus in urbe, Senator,  
Vernouius gelidas hic ubi uoluit aquas.  
Ecquis es Aonidum cultor, qui plebe relicta,  
Fata gemis tanti pernicioſa uiri?  
Ecquis es utilitas patriæ quem commouet Urbis,  
Qui cūperes Pylios hunc ſuperaffe dies?

Conſtat, & Aonides ſolito candore fatentur,  
Quam fuerit doctis portus & aura uiris,  
Dumq; liquet tristes hac tempeſtate Camenas,  
Plus æqua toties conditione premi.  
Quicquid nauigeras paterentur ad æquoris undas,  
Hic ubi Roſtochij mania celſa iacent.  
Solus hic auxilio, de mille fidelior unus,  
Suſtulit, oppreſſis ſubſidioq; fuit.

At quam ciuiles tractauit idoneus uſus,  
Quamq; fuit mentis dexteritate potens,  
Obruta teſtatur tristi Reſpub. clade.  
Facta minor rapti nuper honore uiri.  
Scilicet innumeras illi Saturnia dotes,  
In caſtigato pectore Iuno tulit.  
Addidit his robur Pallas grauitate politum  
(Digna uiro grauitas) iudiciūq; dedit,  
Illius hinc uirtus, & rebus candor agendis,  
Urbe præclarum promeruerè decus.  
Eius nec uero ſemota modeſtia calle,  
Omnibus officiij munere grata fuit.

Conſta



Confidensq; sui, turpi nec pectora fuco  
Tectus, & in nulla seditione comes.  
Singula quid referam? fugit scelus, optima suasit,  
Et uerae custos Religionis erat.

At tu Pontiuagis semper dilecta Deabus,  
Vrbs & Pierio non inimica gregi.  
Anne tuæ minui sentis bona publica sortis?  
Cum tibi mors tales tollit acerba uiros.  
Occubuit quando medijs Aphricanus in annis,  
Scipiada, eternus gentis & urbis honos.  
Prodiit ille tui domitor Numidia fastus,  
Quintus & heu mœsta uoce Metellus ait:  
Magnanimus cecidit funesta Scipio morte,  
Vrbs, cecidit regni quanta columna tui.  
Occidit, hei nigro lux hæc signanda lapillo,  
Ingens armorum gloria, pacis honos,  
Dixerat: in lachrymas tristes iuere Quirites,  
Bistonie ueluti cum tepuere niues.  
Regulus ut periit, quam Scipio uicerat, Vrbe,  
Sic olim similis contudit ora dolor.  
Nec minor, ut Fabie cecidit laus maxima gentis,  
Luctificus tota mœror in urbe fuit.  
Scilicet interitus clarorum mœsta uirorum,  
Sensit & immites in sua damna Deos.  
Vidit & illorum, lapsi non inmemor æui,  
Fata secuturis plena fuisse malis.



Tu quoq; Rostochium diro (quod abominor) æstro,  
Et fors iactura fessa premere graui.  
Dum quia uindicibus superum rex ingruit iris,  
Innocuos fragili tollit ab orbe uiros.  
Fors quoq; præreptum non inficiare patronum,  
Quam fuerit sceptris utilis ille tuis.  
Nam tibi si famam, si qui tribuere fauorem,  
Hic tibi præclara dexteritate tulit.

Siue quis & proauis, & factis fertur auitis,  
Nec simul ac morimur, credimur esse nihil.  
Hic quoq; fabriciæ uiguit laus maxima gentis,  
Quæq; diu patrio nota sub orbe fuit.  
Hinc fuit insigni natus Laurentius ortu,  
Vismaris æquoreas Vrbs ubi spectat aquas.  
Illius hic genitor claros ætatis honores,  
Cepit, & ingenti cultus amore fuit.  
Vrbis & impositos constanti pectore fasses,  
Dum recte geminos bis duo lustra, tulit.  
Temporis illius quam multa probanda peregit,  
Consule: non Vrbis fama benigna, tacet.  
Nec rudis Aonidum. Sed cui iuuenilibus annis,  
Tradita diuini Laureæ Iuris erat.  
At licet officijs, & multis laudibus urbem  
Vismariam stabili, demeruitq; fide,  
Non tamen hic placidam potuit finire senectam,  
Ossa uel insueto condere fessa solo,

Sed



Sed dum seditio uestanā perculit urbem,  
Cordaq; dum rixis, disidijsq; tument:  
Hic litis fugitans, & pacis amena secutus  
Otia, commotas effugit arte faces.  
Rostochiumq; petens canis iam proximus annis,  
Hospes & optata ciuis in Vrbe fuit.  
Hic Senior reliqui traducens tempora fati,  
Concessos placidè sensit abire dies.

Coniunx qua multos egit feliciter annos,  
Illius & claro stemmate nata fuit.  
Hanc stirps Conradi referens præconia Magni,  
Inter Vismarias sustulit alta nurus.  
AGNES dote potens, & præstans moribus Agnes,  
Agnes illæse fama pudicitie:  
Quæ dum legitimo Brandanum cepit amore,  
Protulit huic cari pignora multa thori.

Inter quæ primæ LAVRENTIVS ardua stirpis  
Gloria, nascentis præsidiumq; domus.  
Nam quamuis reliquos etiam sors candida fratres  
Iuuit, & optato iussit honore coli.  
Huic tamen in primis dotes fortuna benignas,  
Et graue Pieria contulit arte, decus.  
Virtutisq; capax, magnis inuictaq; curis,  
Illius & studijs mens operata fuit.

n

a

Et qua



Et qua Pegasidum tum candida turba Sororum,  
Rhenicula gratas duxit in Vrbe moras.  
Illustrem nitidæ Suuollam sub flore iuuentæ,  
A maris Arctoi littore missus, adit.  
Inbutusq; bonis iuuenilia pectora Musis,  
Ad patrios redijt, patre iubente, lares,

Nec mora Vernouij gelidas concessit ad undas,  
Pars quota præclaræ, dignaq; fama Scholæ.  
Hic ubi subtilis sinuosa uolumina Iuris,  
Iuris, ubi geminum uoluere cœpit opus:  
Dumq; laboriferæ grauis excellentia mentis,  
Tam bene nodosis legibus apta fuit.  
Protinus emeruit diuinos Iuris honores,  
Ornauitq; suum digna thiara caput.  
Dum quoq; præaro pollebat acumine mentis,  
Sæpeq; plus alijs ingeniosus erat.  
Non tamen inuersi ludebat imagine sensus,  
Aut intricata contudit arte reos.  
Nec proprio iustas diduxit ab ordine leges,  
Struxit & incautis retia nulla uiris,  
Sed ueri, rectiq; tenax, defendit inermes,  
Gratus & oppressis sæpe patronus erat.  
Nil fraudes, miseros hoc defendente, ualebant,  
Non nisi ui, uictus si fuit, ille fuit.

Quintus



Quinetiam caras, cum Iudicis urna, Sorores,  
 Aut fratrum dubia lance premebat opes.  
 Adfuit auxilio cunctis, aulasq; secutus,  
 Sæpe patrociniæ dulce subiuit opus.  
 Verbaq; sæpe suo coram dum principe fecit,  
 Et causæ pulchros retulit arte modos.  
 Obtinuit ueram, contento Iudice, causam,  
 Cepit & eloquii præmia digna sui.  
 Hæc, & plura suis egit iuuenilibus annis,  
 Illius & citius cognita fama fuit.

Pene sed ut genitor finitos egerat annos;  
 Fessaq; cum curis uita semilis erat.  
 Ergo senescenti præstet solatia Patri,  
 Et releuet cari tempora longa senis.  
 Utq; parentales, fatum si iusserit umbras  
 Fleret, & instructo conderet ossa solo:  
 Quicquid erat reliqui tranquille claudere uitæ,  
 Hic prope Vernouij culta fluenta, cupit.

Hic ubi coniugio tædis felicibus auctus,  
 Fœcundi uidit pignora multa thori.  
 Quæq; modo Dominum crudeli funere raptum  
 Deslet, & in curas uix uacat ægra nouas  
 MARGARIS à claro descendit stemmate cõiunx,  
 Et merita fame nobilitate uiget:

n 3

Huius



Huius erat genitor BERcholtæ nomina gentis,  
Qui fecit meritis splendidiora suis.  
Prætulit & proprijs æraria publica rebus,  
Et minui licitas non tulit urbis opes.  
Vtq; Deum precibus semper confessus & ore,  
Inq; homines meritis officiosus erat:  
Sic etiam magno soboles excreuit honore,  
Et patria Dominis nupsit in Vrbe uiris.  
Primaq; BOLDuano præclaro Consule felix  
Coniuge, non proprijs degenerauit auis.  
Ille sed heu nuper satis quoq; raptus iniquis,  
Possidet æthereæ lucida regna plage.  
Altera bis denos, octoq; fideliter annos,  
Quem flemus, fuerat nupta locata uiro,  
Tertia coniugij non inferiora secuta  
Vincula, præclaro nupsit & illa uiro.  
Clarus Ioannes Andrea nomine gaudens,  
Hic etiam patriæ possidet Urbis opes.  
Proq; focis patrijs, Salui pro Iuris honore,  
Excubias uigili mente Senator agit.  
At tua funebri Laurenti funera uersu,  
Quid iuuat & triplices sollicitare Deas?  
Nam licet extinctus sis corpore, nomine uiuis,  
Et longe patrio clarus in urbe uiues.  
Te pietas superis, probitas mortalibus, alma  
Huic Vrbi carum fecerat esse fides.  
Dira nec edomitum temerare superbia pectus,  
Aut fuit occultis ausa grauare dolis.

Nec



Nec puduit, quamuis acri comprehendere mente  
 Officij potuit quaelibet acta sui,  
 Consuluisse alios, doctasq; audire loquelas,  
 Censurae iustas & subiisse uices.  
 Nostraq; tum uarias habuerunt tempora rixas,  
 Christicolae sparsit multus & error oues.  
 Hic non à uero seduci tramite passus,  
 Afferuit uerae Religionis opus.  
 Et mandata rudi praeponens caelica menti,  
 Has statuit metas transilisse scelus.  
 Scilicet ingenuum diuina modestia pectus  
 Rexit, & Aonia cultus in arte fuit.

Ergo pius Musas, & Musica sacra colentes  
 Sincera coluit dexteritate uiros.  
 Dumq; tulit crebras sociali foedere natas,  
 Foemineaq; parens prole beatus erat.  
 Illas dum uoluit tranquilla sorte tueri,  
 Et castis stabiles consociare toros.  
 Saepe quidem cautè, ceu res ea postulat, egit,  
 Pro natis genitor sollicitusq; fuit.  
 Donec ad has nuper, Musis poscentibus, oras,  
 Aonij uenit maxima fama chori.  
 Ille CHYTRÆVS erat, doctrinae nomine clarus,  
 Quiq; tenet linguae triplicis omne decus.  
 Qui Rheni uirides faustè prognatus ad undas,  
 Hic ubi Graiorum rura uetusta iacent.

¶ 4 Discendi



Discendi cupidus uernantibus impiger annis,  
 Leucoreæ petijt culta Lycea scholæ:  
 Vernouij gelidas illinc adscitus ad undas,  
 Musica Menalio sceptrâ sub axe gerit.  
 Huius ut ingenium, laus & formata bonorum  
 Iudicio, tota notior Vrbe fuit,  
 Altaq; Vandalicas eius doctrinâ per Vrbes,  
 Cum fuit eximijs conspicienda uiris:  
 Adderet & mores tales, quos nemo notaret,  
 Mente licet Momo deteriore foret:  
 Hunc natæ, reliquis qui pollent ære relictis,  
 Optauit generum consociare Socer.  
 Inter Vernouias & laudatissima Nymphas,  
 Ore decens, prudens, casta, modesta, pia.  
 MARGARIS externi socialia fœdera Sponsi,  
 Optauit, tanto coniuge digna, sequi.  
 Vnanimis quo cum tot ducat tempora lecti,  
 Quot meminit Pylios fama fuisse dies.

Quanta sed heu sæuas egit uesania Parcas,  
 Ante diem carum quod rapuere patrem,  
 Ne foret aut generum patria qui mente foueret,  
 Aut caperet tanti gaudia plena thori.  
 Neue quis oppressæ subito succurreret Vrbi,  
 Cum tonat ambiguo Lubrica diuina gradu.  
 Nunc ò nigra dies Idus quæ quarta Nouembres  
 Subsequeris, tristis concipe signa nota.

Turbi-



Turbidior reliquis, medium licet impiger axem  
 Emensus, genitor cum moreretur eras,  
 Nec tu doctiloquo nitidus dicere Chytraeo,  
 Immenso purè seu licet igne mices,  
 Concolor exequijs reputabere funeris huius,  
 Exacto quoties mobilis orbe redis.  
 SED quæ causa fuit? cur nunc tristissimus esses,  
 Olim qui simili tempore letus eras.  
 Quo quondam felix, hymenæia festa colebat,  
 Margaris, huic iuueni tradita Sponsa uiro.  
 Dum stetit hac Sponsus, qua nunc tumulatur, in æde  
 Et tulit in flauis aurea ferta comis.  
 Interea subito conuertens secula motu,  
 Sol tres Autumnos, lustraq; quinq; tulit.  
 Tunc hilarius, tristes quæ te iam sumere uultus,  
 Ah celer in tanto funere, causa iubet:  
 Me miserum, anne etiam non unquam tempora pec-  
 Et possunt tristes dissimulare uices? (cant?  
 Siccine tunc hilarius? quo tristior usq; redires,  
 Et fieres tanti funere nota uiri.  
 Quid iuuat at rutuli finxisse nocentia solis  
 Tempora, nil fatum, nil meruere dies.  
 Imminet à Stygio miseris mortalibus orco,  
 Nec uenit inuito mors properata pede.  
 Tollimur è uiuis, hæc nostri meta laboris,  
 Serius & citius corpore uita fugit.  
 At modo qui nitidis coram Laurentius astris,  
 Terreno exutus carcere, tutus agit.



546 EPICED: LAVRENT: SME;

Illius facili corpus requiescat in urna,  
Nec grauis incumbens urgeat ossa lapis.  
Colliget excitas dum cœlica buccina gentes,  
Vt sua sint iustis præmia, poena malis.

Obijt Anno M.D.LV. 16. die  
Nouembris.

## ERRATA SIC emendabis.

In Chronologia, sub titulo ætatis Abrahamæ, iuxta annum  
Mundi 2023, pro 72, lege 75. sub titulo ætatis Iacob,  
pro 7, lege 79 Obijt Heber. Sub anno Mundi 2205,  
uersu 12, lege Et eodem anno. Et in penultimo uersu  
illius pagellæ, pro HET lege HER. In sequenti pa-  
gina anno Mundi 2224, lege circa hunc annum. In fi-  
ne Chronologiæ pro anno Mundi 2435, lege 2453 Exi-  
tus ex Ægypto.

### In Enarratione Genesis.


Pag. 3. uersu 5. lege lucenti. uer: 14. agnitionem.  
uer: 15. credentibus. pag. 5. uer: 11. pro 46 lege 49.  
pag. 14. u: 25. doctrina. 24. u. 19. terræ. 28. 12. certæ.  
28. 13. peruestigatæ, Syrii. 29. 13. lege 33. 26. ad ueram.  
36. 25. Vsitatissime. 44. 18. specierum distinctarum.  
47. 16. dele ac. 47. 18. ἀπαύγασμα. 49. 20. ὕψις  
52. uersu ult. συμπάθει. 58. 14. Sancti. 63. 20. dele.  
σ. 75



# ERRATA.

75.9.terrena. 75.21. Limus ille iam tunc imagi-  
 nem induens, non intuens. 80.11. ~~non~~ 81.11. Ve-  
 teres etiam hac imagine in consolationibus ~~et~~ reme-  
 dijs. 82.11. lib.3. 84.23. clam. 95.4. ~~κτῆμα~~. 96.5. ~~ἐμπό-~~  
~~διον~~. 95.24. obdormiscente. 97.24. carne mea.  
 100.13. obiecto. 103.7. usurpantur, intelligere discant.  
 104.20. ipsis à Deo attributa fuerant. 106.6. putarint.  
 107.15. post dictionem locum, omissa sunt hæc uerba,  
 Illud satis est nos tenere, Diabolum per serpen-  
 tem locutum esse. 108.16. ut dicitur. 112.2. red-  
 dat. 119.6. pœna. 129.21. ortis. 135.22. uiuificatrix,  
 quia Eua mater est totius generis humani, uel quia.  
 152.17. aliquot. 166.4. decimarum. 196.4. posterorum.  
 229.4. cruditate. 377.4. expendenda. 383.10. saluus  
 385.7. Iniusta esse nequaquam possunt.  
 8. singuli. 387.23. quidquam.  
 396.16. audire.







VITEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO, IMPENSIS CON-  
RADI RVELII.


ANNO M. D. LXI.












































Th  
220